

Paul Ciese


**Manuale Actionvm Forensivm, Qvo Tvm Ordinariae, Tvm Etiam Interdicta, Sev  
Extraordinariæ, Quæ pro iis competunt, Ex Jvre-Cons. Practicor. Tractatibvs  
Envcleatae Continentvr : Atque ita, Cognitione Actionum per Divisiones breviter,  
& quasi per Tabellas annexa, In Vsvs Stvdiosorvm Jvris Offervntvr**

Rostochii & Parchimi: Apvd Georg. Lvd. Fritschivm, 1725

<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn169695388X>

Druck Freier  Zugang






~~XXVIII~~  
71-168.

J. R.

31.17.

Th' - 3160.

Je - 3964.



M  
ACT  
FOR  
TVM  
TVM ET  
Sev BX  
Qua  
JURE-CO  
ENVCLE  
Cognitione  
breuiter,&  
STVDIO  
PAVI  
ROST  
AVD GEO

MANVALE  
ACTIONVM  
FORENSIVM,

QVO  
TVM ORDINARIAE,  
TVM ETIAM INTERDICTA,  
SEV EXTRAORDINARIÆ,  
Quæ pro iis competunt,

EX  
JURE-CONS. PRACTICOR.  
TRACTATIBVS

ENVCLEATAE CONTINENTVR,

Atque ita,

Cognitione Actionum per Divisiones  
breviter, & quasi per Tabellas annexa,


IN VSVS  
STVDIOSORVM IVRIS  
OFFERVNTVR

a  
PAVLO CIESIO, D.

ROSTOCHII & PARCHIMI,  
APVD GEORG. LVD. FRITSCHIVM.

1725.

MANUALE  
ACTIONVM  
FORENSIVM  
ORDINARIAT  
Horat. de Arte poëtica:  
Quicquid præcipies, esto brevis,  
ut cito dicta  
Percipiant animi dociles, tene-  
antque fideles.





LECTORI ÆQVANIMO

SALVTEM!

**A**ctum agere forsā vide-  
or, dum *Actionum*, & *Ex-*  
*actionum Forensium* mani-  
pulum offerre intendo,  
laud ignorans, quod alii Doctores  
*Actionum* plaustra jam pridem in  
publicum prodixerint. Sed eo non  
attento, huncce manipulum iis gra-  
tum & acceptum fore, confido,  
quibus est animus, memoriæ suæ  
mandandi *Actionum* forensium  
contenta, breviter concepta, ut ne  
psimet cogantur, illa ex amplis a-  
riorum Doctorum Operibus enu-  
cleare. *Actionum* judicialium ma-  
teria hic non indiget præconio pe-

A 2

culiari,

PRÆFAMEN.

culiari, quia omnibus, qui Jurisprudentiæ incumbunt, patet illarum utilitas & necessitas. Juris nostri Studium duabus absolvitur partibus, nempe tum cognitione Juris accurata, tum hujus Juris obtinendi ratione, seu modo. Et quidem Juris cognitio involvit notitiam, quidnam Juris nobis tribuendum sit tam in persona, partim nostra, partim aliena, quam in rebus, quatenus scil. illud consistat aut in acquirendo, aut in conservando, aut in minuendo. Ad obtinendi Juris illius nostri rationem, seu modum, quod attinet, monendum erit, hoc fieri in Judiciis per rectam ejusdem persecutionem, quæ per Actiones expeditur. Etenim *personis de rebus per Actiones jus redditur. Conf. Donnell. Comment. Jur. Civil. Lib. 2. Cap. 2.* Actionum cognitio tum Actori, tum Reo, tum ipsi Judici est necessaria;

PR  
cessaria; aff  
rentionis,  
ante omnia p  
ut Exception  
tes oppon  
antem, ut Se  
formet. In  
forenses, ea  
necesse est,  
Judicis. In  
one autem p  
Tit. I. *Causa*,  
sicut Actio  
rat. II. *Lex*,  
non sufficiat  
seu Jus, Act  
Res, seu id  
agitur, seu o  
pe horum  
claudicabit  
sens Libelle  
de sunt in  
ut ibidem

PRÆFAMEN.

effaria; *Actori* nempe, ut suæ intentionis, seu *Causæ*, fundamentum ante omnia perspectum habeat; *Reo*, ut *Exceptiones* legitimas ac competentes opponat, & adhibeat. *Judici* autem, ut *Sententiam* recte, riteque formet. Investiget ergo *Actiones* forenses, easque bene sibi imprimat, necesse est, qui illis uti concupit in *Judiciis*. In *Actionum* investigatione autem præcipue attendenda venit *I. Causa*, ex qua agitur; nam is nescit *Actionem*, qui ejus causam ignorat. *II. Lex*, seu *Jus*, quo agitur; cum non sufficiat causa, nisi assistat *Lex*, seu *Jus*, *Actionem* suppeditans. *III. Res*, seu id, de quo, & cujus gratia agitur, seu quod petitur. Uno quippe horum deficiente, ipsa *Actio* claudicabit. *Actiones*, quas præfens *Libellus* complectitur, spectandæ sunt in sensu juridico latiori, ita, ut ibidem comprehendantur non

PRÆFAMEN.

modo civiles persecutiones foren-  
ses, siue sint ordinariæ, siue extra-  
ordinariæ, seu Interdicta, sed etiam  
Officii Nobilis Judicis Imploratio-  
nes, Actiones præjudiciales, &c.  
In hoc Opusculo usus sum B. Dn.  
Hoppii tum Actionibus, ab Eodem  
in suo Memoriali (uti vocatur) pro-  
positis, tum etiam Ejusdem metho-  
do alphabetica. Quoniam autem  
Ille ibidem saltim Actiones ordina-  
rias, easque non omnes, exhibuit,  
hinc operæ pretium duxi, ut non  
modo Actiones, ab Illo omissas, ve-  
rum etiam Interdicta, seu Extraor-  
dinarias, quæ pro iis competunt,  
ex Jure Consultorum Practicorum  
Commentariis, atque Scriptis con-  
cinnarem, inque publicum emitte-  
rem, opitulaturus ita & memoriæ,  
& labori Studiosorum, qui sunt o-  
perosi in Actionibus eruendis, quas  
aliorum Doctorum Tractatus pro-  
lixius


PR  
viris contin  
des a me  
politis Acha  
kericum +  
gine denota  
si notiam  
forentes con  
ris Studioso  
cant, vel m  
illos oportea  
minum ac re  
seu Descript  
Hæ præp  
perplexas ta  
que illustra  
monente  
Si in exhibi  
onibus & D  
(nam hoc b  
duco) ee  
scendum e  
Consultis  
tum Descrip

PRÆFAMEN.

xius continent. Quænam Actio-  
 nes a me sint *B. Domini Hoppii* pro-  
 positis Actionibus inspersæ, per a-  
 teriscum \* in hujus Opusculi mar-  
 gine denotatur. Sub finem adjun-  
 xi notitiam Divisionum, Actiones  
 forenses concernentium. Quæ Ju-  
 ris Studiosis vel maxime condu-  
 cant, vel memoriæ suæ mandare,  
 illos oporteat, sunt, me judicium no-  
 minum ac rerum tum Definitiones,  
 seu Descriptiones, tum Divisiones.  
 Hæ præprimis ad Quæstiones Juris  
 perplexas facile dissolvendas, simul-  
 que illustrandas, optime faciunt,  
 monente *Saliceto in præfat. ad Cod.*  
 Si in exhibitis Actionum Descripti-  
 onibus & Divisionibus erraverim,  
 (nam hoc humani a me non alienum  
 duco) eo facilius illud mihi igno-  
 scendum erit, quo magis a Jure-  
 Consultis, utut famigeratissimis,  
 tum Descriptiones, tum Divisiones

PRÆFAMEN.

Actionum variantes exhibentur. Mearum putavi esse partium, hac methodo Juventuti inservire, eique, B. Dn. *Hoppium* imitaturus, viam ad Actiones forenses eo facilius memoriae suæ infigendas, sternere & complanare. Hæc, quæ præsens Libellus complectitur, *Lectori Benevolo* non fore despiciatui, conjecturo. *Comi ructus & morsus flocci* facio. Nihil quippe scriptum conpicimus, quod suos non patiatur osos ac rosores. Quicquid autem sit! ut *Lector* & benevolus & malevolus optime valeant, opto animitus. Dabantur Rostochii die 14. Sept. 1724.



I. N. J.

I. N. J.

A.

\* **O**B ABSENTIAM datur aliquan-  
do *Actio Rescissoria. vid. lit. R.*

\* Si **ACCUSATUS**, seu contra quem  
Actio instituta, injuste exemptus,  
quænam detur Actio? vid. infr. A-  
ctio de in **JUS VOCATO NON**  
**EXIMENDO.**

\* *Actio Interdicti de ACTU & ITI-*  
*NERE. vid. lit. I.*

\* Ex **ADMINISTRATIONE** *rerum*  
*publicarum* Actio datur

*Eis*, penes quos in civitate imperium  
atque jurisdictio est. *Coch. in Prax.*

*Fori Germ. P. 2. voc. Administratio. p.*

*127. item cuilibet de populo compe-*

*tit potestas, de negotiis Reipubl.*

*causa gestis rationem reddi, peten-*

*di. Coch. d. l. Mev. P. 8. D. 94. num. 2. 3.*  
*Adversus administratores rerum publi-*

*carum, qui dolum, culpam latam,*  
*vel levem admiserunt. Coch. P. 2. d. l.*

p. 126. Eckolt. ad ff. de Administratione rerum ad civitat. pertin. §. 2. Lauterbach. Compend. ff. p.

*Ad id*, ut præstetur simplum, si ob le-  
vem culpam, seu negligentiam in-  
stituatur. Sin vero instituatur ob  
dolum, & culpam latam, præstan-  
dum est duplum, & quidem regu-  
lariter tantum in sortem, (æque in  
usuras. Swendend. ad Eckolt. d. l. §. 2.)  
de eo, quod tempore administrati-  
onis accidit. Eckolt. d. l. §. 2.

\* *Actio* ex ADMINISTRATIONE re-  
rum privatarum, datur

*Eis*, quorum specialiter interest, res  
suas bene administrari.

*Adversus* administratores rerum priva-  
tarum.

*Ad id*, ut rationes reddant, (& quidem  
regulariter in loco Administratio-  
nis gestæ) & damna levi culpa data  
resarciant. Coch. d. l. Ad hanc Actio-  
nem in specie pertinet Actio adver-  
sus Tutores, negotiorum gestores,  
socios, creditores, qui ex causa ju-  
dicati

dicati bona ex immiffione poffident,  
 ufufructuarios, heredes fideicom-  
 miffarios, Procuratores, executores  
 testamentorum. Aft hæc fpeciatiim  
 fuis locis proponuntur. *Coch. d. l. p. 131.*

Datur contra

Ex ADMINISTRATIONE *Actio Ad-*  
*ministratori,*

*Adverfus* dominum, cui rationes red-  
 dere tenetur,

*Ad id,* ut dominus rationes recipiat,  
 & facta calculatione administrator  
 abfolvatur ab adminiftrationis vin-  
 culo. *Coch. d. l. P. 2. p. 133.*

\* *Actio* ex ADVOCATIA (Schirm  
 oder Schutz, Recht) datur

*Patronis,* feu Protectoribus,  
*Adverfus* clientes fuos ex contractu, feu  
 pacto, feu ftipulatione. *Coch. d. l.*

*Ad* afferendum jus patronatus, feu pro-  
 tectionis. *Coch. d. l.*

\* Ex ADVOCATIONIS Officio *Actio*  
 datur

*Advocato*

*Adverfus* clientem,

*Ad consequendum salarium; Si conventio non intervenerit, competit extraordinaria persecutio, seu Officii Nobilis imploratio. Sin conventio adsit, & certum quid promissum nudo pacto, salarium moribus per conditionem ex consuetudine petitur. Si pacto in continenti adjecto, actione mandati; si ex intervallo, extraordinarie petitur. Si stipulatio intercessit, actione ex stipulatu, si incertum promissum, extra ordinem petitur. Vid. Coch. d. l. P. 2. voc. Advocatio.*

\* Vice versa datur

*Clienti,*

*Adversus Advocatum,*

*Ad id, ut invitus patrocinium præstet.*

*Item si velit causam deserere, datur adversus eum Actio mandati: Si imperite & negligenter consuluit, vel postulavit, datur Actio ex L. Aquil. in factum. Mev. P. 6. D. 209. Coch. d. l.*

\* Actio contra **ÆDIFICANTEM**  
datur aliquando Actio de **NUNCIATIONE**

TIONE NOVI OPERIS. *vid. lit. N.*  
 aliquando PLUVIÆ ARCENDÆ.  
*vid. lit. P.*

\* ÆDIFICANS, lignum alienum jun-  
 gens, tenetur TIGNI JUNCTI  
 Actione. *vid. lit. T.*

Actio ÆDILITIA in factum datur

Ei, qui damnum passus est ab animali  
 feroci, v. g. cane, verre, &c. ibi ha-  
 bito, ubi vulgo iter fit, l. 40. & 41.  
*ff. de Ædil. Edict.* Aut si liber homo  
 periit, cuius ex populo. *arg. l. 5. §. 5.*  
*ff. de bis, qui effud.*

Adversus dominum ejusmodi animalis.  
 Ad duplum, si rei æstimabili damnum  
 datum. Aut pœnam CC. solidorum, si  
 liber homo exinde perierit. Aut  
 si tantum ei nocitum, ad pœnam ar-  
 bitrariam, l. 42. *ff. de Ædil. Edict.* & 6.  
*fn. Instir. Si quadrup. fec. dic.*

Actio ÆSTIMATORIA, seu QVAN-  
 TI MINORIS, *vid. lit. Q.*

Actio ÆSTIMATORIA, *prescriptis ver-*  
*bis*, datur

A 7

Ei,

*Ei, qui rem pretio certo æstimatam,  
vendendam dedit,*

*Adversus eum, qui rem alterius ita ac-  
cepit.*

*Ad id, ut vel ipsa res, vel ejus æstima-  
tio reddatur. l. 1. §. 1. ff. de Æstimat.  
Act.*

*Actio de AGNOSCENDO PARTU.  
vid. lit. P.*

\* *Ob AGROS CONFUSOS datur  
Actio FINIUM REGUNDORUM.  
vid. lit. F.*

*Actio de ALBO CORRUPTO datur  
Cui libet de populo. arg. l. 7. pr. in fin. ff.  
de Jurisdic.*

*Adversus eum, qui Album Prætoris,  
quod perpetuæ Jurisdictionis causa  
propositum erat, dolose corrumpit.  
l. 9. ff. eod.*

*Ad pœnam D. aureorum. §. 12. Instit. de  
Action. §. d. l. 7. pr.*

*Actio de ALEATORIBVS datur  
his, qui vel ab initio compulsi sunt ad  
lulum, vel, postquam victi, sunt de-  
senti. l. 2. pr. ff. de Aleator.*

*Adver-*

*Adversus ale-*  
*denient*

*Ad id, ut au-*  
*opus pub*

*§. pr. ff. de*

*Actio in fact*  
*judicii mu*

*Ei, cuius ca*  
*dulentam*

*Alienat: ja*

*Adversus illu*  
*aut duric*

*tuit l. per*

*Ad id, quoc*  
*rem adve*

*causam n*

*rem. l. 3.*

*Actio de*

*Ei, cui deb*  
*Adversus de*

*Ad id, ut al*  
*Præri For*

*Actio rerum*  
*illis, qui qu*

*Adversus* aleatores compellentes, aut detinentes. *d. l. 3.*

*Ad id, ut aut multa multentur, aut in opus publicum condemnentur. l. 1. §. fin. ff. eod.*

*Actio in factum de ALIENATIONE judicii mutandi causa facta, datur*

*Ei, cujus causa per alienationem fraudulentam reddita deterior. l. 1. ff. de Alienat. judic. mut.*

*Adversus illum, qui dolose alienavit, aut durio- rem adversarium substituit. l. pen. & ult. ff. eod.*

*Ad id, quod interest Actoris, durio- rem adversarium non habuisse, aut causam non fuisse redditam deterio- rem. l. 3. §. 4. & l. 4. §. ult. ff. eod.*

\* *Actio de ALIMENTIS datur*

*Ei, cui debentur alimenta,*

*Adversus debentem,*

*Ad id, ut alimenta præstentur. Cocks, in Praxi Fori German. voc. Alimenta.*

*Actio rerum AMOTARVM, datur*

*Illis, qui quondam conjuges fuerunt,*

*Adversus*

*Adversus se invicem, l. 1. § 25. ff. de  
Action. rer. amot.*

*Adres constante matrimonio divortii cau-  
sa amotas, recuperandas, l. 3. pr. §  
l. 21. §. 1. ff. eod. aut si non amplius  
exstent, illarum æstimationem. l. 17.  
§. 2. eod.*

\* *Actio ob ANATOCISMUM datur  
Debitori, qui usuras usurarum solvit,  
Adversus creditorem, qui eas accepit.  
Ad id, ut illæ restituantur. Possunt ta-  
men repeti per conditionem inde-  
biti. l. 26. §. 1. ff. de Condict. indeb. Coch.  
d. l. voc. Anatocismus.*

\* *Si ANIMALIA damnum inferunt,  
datur modo Actio ÆDILITIA, vid.  
lib. Æ. modo Actio de PASTU, vid.  
lit. P. modo de PAUPERIE, vid.  
lit. P.*

\* *Actio ex ANTICHRRESI datur  
Creditori, & quidem Actio pignora-  
tia, si pignus constitutum; si sine pi-  
gnore pactum est, in factum. Coch.  
d. l. P. 2. voc. Antichresis.  
Adversus debitorem,*

*Ad*

*Ad usum pignoris impetrandum, eum-  
que loco usurarum percipiendum.*

\* *Et viceversa datur*

*Debitori, qui pignoris usum (fructus)  
concessit,*

*Adversus creditorem, qui pignoris u-  
sum seu fructus percipit.*

*Ad id, ut pignus, soluto debito, recu-  
peretur. Coch. d. l. p. 151. in pr.*

\* *Actio Interdicti de AQVA ÆSTIVA,  
datur*

*Illi, qui priore æstate aquam æstivam  
dedit, ejusque heredibus, & singu-  
laribus successoribus, Luder. Menck.  
Theor. & Prax. Pandect. tit. de Aqua  
quorid. & æstiv. §. 2. Lauterb. Comp. ff.  
p. 601. Just. Henr. Böhmer de Action.  
S. 2. c. 4. §. 23.*

*Adversus eum, qui illum ducentem pro-  
hibet. Menck d. l. §. 2.*

*Ad id, ut prohibere desinat, & inter-  
esse, cautionemque de non amplius  
turbando præstet. Menck. d. l. §. 2.  
Böhmer. d. l. §. 23. Lauterb. p. 601.*

\* *Actio Interdicti de AQVA CASTEL-  
LARIA,*

LARIA, seu ex CASTELLO, datur

*Ei*, cui aquam ex castello, i. e. receptaculo, quod aquam publicam suscipit, vel ex alio loco publico, ducere a Magistratu concessum est.

*Menck. d. l. §. 3. Lauterb. p. 602. Böbmer d. l. §. 24. 25.*

*Adversus eum*, qui ducere prohibet.

*Menck. d. l. §. 3. Mindan. de Interdict.*

*P. 2. tit. 11. n. 10. 20. Böbmer d. §. 24. 25.*

*Ad id*, ut juxta modum concessum quæ ductum prohibere desinat.

*Menck. d. §. 3. Lauterb. p. 602.*

\* *Alio Interdicti de AQUÆ HAUSTU*, datur

*Ei*, qui hoc anno aqua viva ex fonte, lacu, puteo, & piscina, usus est, sed uti nunc prohibetur, *Menck. Theor.*

*& Prax. Pandect. tit. de Fonte. §. 1.*

*Capolla de S. R. P. c. 7. §. 1. & 5. Böbmer de Action. S. 2. c. 4. §. 28.*

*Adversus eum*, qui alteri usum illius aquæ prohibet, e. g. aquam haurire, vel

vel pecus ad illam appellere. *Menck. d. l. §. 1. Böhmer. d. §. 28.*

*Ad id, ut prohibere desinat, interesse & cautionem de non amplius turbando præstet. Menck. d. §. 1.*

**Actio Interdicti de AQUA QVOTI-  
DIANA datur**

*Quasi possessori aqueductus, qui bona fide, licet tantum semel, ante iudicium acceptum duxit aquam perennem, ejusque heredibus, & singularibus successoribus, Mencken. d. l. tit. de Aqua quotidiana. §. 1. Böhmer. Introd. ad Jus Digestor. eod. tit. §. 1, 2. Lauterb. p. 601.*

*Adversus quemcunque turbatorem, l. 1. §. 25. 26. ff. d. t. Menck. d. l. §. 1. Hersolt. de Action. P. 6. Act. 80. n. 6.*

*Ad id, ut possessor in usu aqueductus non impediatur, & quod factum est, restituatur in pristinum statum, Böhmer. Tr. de Action. S. 2. C. 4. §. 21. cum omni causa & interesse, præstita simul cautione de non amplius turbando. Menck d. l. §. 1. Lauterb. p. 601.*

*Actio*

*Actio AQVÆ PLUVIÆ arcenda da-  
tur*

*Domino, cujus agro ex opere alterius  
manu facto nocitura est aqua pluviae.  
l. 1. §. 1. & l. 6. §. 4. ff. de Aqua & aqua  
pluv.*

*Utilis etiam non dominis, aliisque utile  
dominium habentibus. l. 22. pr. &  
§. fin. ff. eod.*

*Adversus illum, qui tempore movendæ  
Actionis dominus est ejus loci, in  
quo opus factum. l. 4. §. 2. l. 5. & l. 16.  
ff. eod. utilis iterum adversus utile  
dominium habentes. d. l. 22.*

*Ad id, ut opus illud destruat, res in  
pristinum statum restituatur, & da-  
mnum, si quod inde post litem contesta-  
tam contigerit, refundatur. l. 6. §. 6.  
ff. eod.*

*Actio L. AQVILLÆ. vid. lit. L.*

\* *Actio Interdicti de ARBORIBUS  
CÆDENDIS, est duplex, dum illa  
instituenda est*

1. *Aut de arboribus, ex alieno fundo in al-  
terius*

terius vicini ædes, & sic in prædium urbanum, impendentibus, tunc datur Vicino, cujus ædibus arbor vel vitis impendet. l. 1. pr. ff. de Arbor. cadend. Lauterb. Comp. ff. p. 605. Hersolt. de Action. P. 6. Act. 87. n. 4.

Adversus dominum arboris aut vitis, l. 1. §. 3. ff. d. t. Coll. Jur. Arg. ad eund. tit. th. 2. Menck. Theor. & Prax. Pandect. ad eund. tit. §. 1.

Ad id, ut aut arbor, vitisve tollatur, aut etiam permittatur, ut vicinus eas succidat, lignaque tollat. Menck. d. 6. 1. Böhmer. de Action. S. 2. c. 4. §. 56.

2. Aut de arboribus, ex alieno agro in nostrum, & sic in prædium rusticum, impendentibus, tunc datur

Vicino, in cujus agrum arbor ex vicini agro impendet. Lauterb. Comp. ff. p. 605. Böhmer. d. l. §. 57. Menck. d. l. §. 2. Hersolt. d. l. n. 4.

Adversus vicinum illum, Menck. d. §. 2. Böhmer. d. §. 57. Lauterb. p. 605.

Ad id, ut vicinus arborem istam usque ad 15. pedes a terra juxta altitudinem coër-

coërceat, seu circumcidat, ne umbra vicini prædio noceat, aut etiam permittat, ut vicinus ita coërceat, lignaque tollere queat. *l. 1. §. 7. ff. de arbor. cadend. Böhmer. d. l. §. 57. Menck. d. §. 2. Hersolt. d. l. Act. 78. n. 9.*

**Actio ARBORUM furtim caesarum datur Domino arborum furtim caesarum, l. 7. pr. ff. Arbor. furt. cas. etiam utili. l. 5. §. 3. eod.**

*Adversus eum, qui suis manibus arbores succidit, aut deglabravit, vel tale quid fieri mandavit. d. l. 7. §. 4.*

*Ad id, ut duplum præstetur ejus, quod interest. l. 7. §. fin. & l. 8. ff. b. t.*

\* **Actio ARRESTI non profecuti datur Reo arrestato**

*Adversus arrestantem, arrestum non profecquentem in termino.*

*Ad id, ut arrestum relaxetur, & arrestanti perpetuum silentium imponatur. *Mev. de Arrest. c. 17. num. 25.**

\* **Actio ARRESTI VIOLATI, datur Arrestanti**

*Adversus arrestatum, qui arrestum violavit.*

*Ad*

*id, quod arre*

*P. 4. D. 122. P.*

*Actio ARBORUM*

*præstato reo, cu*

*positum,*

*versus inique*

*Judicem. Coch*

*stum) *Mev. d.**

*id, quod*

**Mev. P. j. Der.**

*Actio ex ASSE*

*curatio*

*adversus affectu*

*id, ut merci*

*runt, estimati*

*P. 2. *Mev. Affec**

*Et vice versa da*

*secutori*

*adversus affectu*

*id præmium, m*

*nato falvis ex*

*riculo. *Coch**

*propria. c. 3. *Mev.**

*Si AURIGÆ*

*incapona v*

*Id id, quod arrestantis interest. Mev.*

*P. 4. D. 122. P. 6. D. 99. P. 9. D. 177.*

**Actio ARRESTI INIQVI**, datur  
*Arrestato* reo, cui arrestum inique im-  
positum,

*Adversus* inique arrestantem, (imo &  
Judicem. *Coch. d. l. P. 2. voc. Arre-*  
*stum.*) *Mev. de Arrest. c. 23.*

*Ad id, quod interest arrestati illius.*

*Mev. P. 5. Dec. 388. & P. 8. D. 290.*

**Actio ex ASSECURATIONE** datur

*Assicurato*

*Adversus* asssecuratorem,

*Ad id, ut mercium, quæ casu perie-*  
*runt, æstimatio præstetur. Coch. d. l.*  
*P. 2. voc. Asscuratio.*

\* *Et vice versa* datur

*Assicuratori*

*Adversus* asssecuratum,

*Ad præmium, mercibus in loco desti-*  
*nato salvis existentibus, pro suo pe-*  
*riculo. Coch. d. l. Linken. disp. de manu*  
*propria. c. 3. num. 12.*

\* *Si AURIGÆ* damnum vel furtum  
in caupona vel stabulo factum, datur  
modo

modo *Actio* de DAMNO IN NAVI  
VI, CAUPONA &c. *vid. lit. D.* mo  
do *Actio* FURTI IN NAVI, CAU  
PONA &c. *vid. lit. F.* modo *Actio*  
de RECEPTO. *vid. lit. R.*

## B.

BONORUM POSSESSORIA *Hereditatis* petitio. *vid. lit. H.*

*Actio Interdicti* QUORUM BONORUM, datur

*Bonorum possessori*, §. 3. *Instit. de Interdictis*  
l. 2. C. *Quor. bonor.* Utiliter heredi  
civili. *Cothman. Vol. 1. Conf. 9. n. 46*  
*seqq.* sive ex testamento, sive ab in  
testato succedenti, *Menck. Theor. &*  
*Prax. Pandect. tit. Quor. bonor. §. 2.*  
*Herfolt. de Action. P. 6. Act. 47. n. 8.*

*Adversus eum*, qui pro herede, vel pro  
possessore possidet. l. 1. ff. *Quor. Bo-*  
*nor. l. 2. C. eod.* non vero, qui titulo  
singulari res hereditarias possidet.  
*Böbmer. Introd. ad Jus Digest. tit. Quo-*  
*Bonor. §. 3. Brunnemann. ad l. 2. C. eod.*  
*Ad id*, ut rerum corporalium possessio  
restituatur.

estitur, cum  
d. 1. l. 1. C. G.  
reentor non  
nde faculter  
ei solvatur una  
um in litem de  
l. 1. ad d. l. de  
it. 96. n. 54. U  
interdicti ad  
corporales, co  
es, tanquam es  
us patronatus.  
l. 1. §. 2. Brunn.  
Concidit cum  
l. 1. D. Habita  
interdictum in  
rum. Böhm. de

CAELVIA  
rono, si quid in  
bi debite, i. litem  
no, alienatum  
fruct. Patron.

restituatur, cum omni causa. *l. 1. §. 1. ff. d. t. l. fin. C. eod. Menck. d. §. 2.* aut si detentor non amplius rei restituendæ facultatem habeat, æstimatio rei solvatur, una cum interesse, quantum in litem ab actore juratum fuit. *Ripa ad d. l. Mindan. de Interdict. P. 2. tit. 96. n. 54.* Utiliter & ex sententia Interdicti ad consequendas res incorporales, corporalibus inhærentes, tanquam earum accessiones, uti Jus patronatus, pascendi &c. *Menck. d. l. §. 2. Brunn. ad l. 2. C. Quor. Bonor.* Coincidit cum Remedio *l. fin. C. de Edict. D. Hadrian. Tollend.* Est namque Interdictum utile Quorum bonorum. *Böhm. de Action. S. 2. c. 3. §. 5.*

## C.

Actio CALVISIANA datur

patrono, si quid in fraudem legitimæ sibi debitæ, a liberto, intestato mortuo, alienatum. *l. 3. §. 3. ff. Si quid in fraud. Patron.*

B

Adver-

*Adversus* illius, quod ita alienatum, possessorem, l. 1. §. 4. ff. eod.

*Ad* revocandum alienatum, in quantum legitima Patroni est diminuta. l. 1. C. eod.

*Actio* CALUMNIÆ, seu de CALUMNIATORIBUS, datur

*Ei*, cujus causa pecunia data, promissa vel remissa est, ut ipsi calumniosum negativum in judicio fiat, vel non fiat. l. 3. §. 3. l. 7. §. 1. ff. de Calumniat.

*Adversus* accipientem, l. 1. pr. eod.

*Ad* quadruplum ejus, quod reus accipit, d. l. 1. intra annum, l. 6. ff. eod. post annum in simplum. d. l. 1. pr.

\* *Actio* ex CAMBIO

*Directa* datur

*Remittenti*, (seu cui aliquid certo loco debetur. *Coch. in Pr. For. German. P. 2. voc. Cambium.* seu qui pecuniam transferendam solvit, remittens seu accipiens, Zieher und Empfänger des Wechselbriefes, und Ausgeber des Geldes,) & id, quod ratione ejus loci interest, persequenti. *Coch. d. l.*

*Adver-*

*Adversus* campforem ipsum, utpote  
qui certo loco daturum promisit,  
vulgo dans & transiens, der Ausge-  
ber, oder Sender des Wechselbriefes,  
und Zieher oder Empfänger des Geldes,  
solutionem tamen non præstitit.

*Coch. d. l.*

*Ad* solutionem præstandam.

*Contraria* datur

*ampfiori*, seu tractanti,

*Adversus* remittentem,

*Ad id*, ut summam in literis cambii  
contentam, quam ad instantiam re-  
mittentis in alio loco solvi curavit,  
cum debito interesse a tempore  
moræ consequatur. *Coch. d. l.*

In CAUPONA si damnum vel fur-  
tum alicui factum, datur modo *Actio*  
de DAMNO IN CAUPONA &c.  
*vid. lit. D.* modo *Actio* FURTI IN  
CAUPONA &c. *vid. lit. F.* modo  
*Actio* de RECEPTO. *vid. lit. R.*

Ob CAUSAM si quid datum, quæ  
secuta non est, datur *CONDICTIO*.  
*vid. infr.*

B 2

\* Ob

- \* Ob CAUSAM TURPEM si quid datum, factum, promissum &c. datur CONDICTIO. *vid. infr.*
- \* Ob CAUSAM INJUSTAM datur CONDICTIO. *vid. infr.*
- \* Si sine CAUSA quid datum, vel promissum &c. datur CONDICTIO. *vid. infr.*
- \* *Actio* ad CAUTIONEM MUTIANAM præstandam, *vid. lit. M.*
- \* *Actio* ad CAUTIONEM de DAMNO INFECTO præstandam, *vid. lit. D.*

*Actio* CHIROGRAPHARIA, seu CONDICTIO CERTI ex LITERIS, datur

*Ei*, cui quis tradidit chirographum, & in eo se pecuniam, aut aliam rem fungibilem ab illo accepisse, confessus, eandemque restitutum promisit. *l. 1. C. de non-num. pec.*

*Adversus* tradentem & confitentem,  
*Ad* reddendum id, quod se debere & accepisse confessus. §. *un. Instit. de Litter. oblig.*

\* *Actio*

\* *Actio* CITATO IMPEDITO, quo minus se in *Judicio* sistat, datur. *vid. lit. I.*

\* *Actio* CITATO seu VOCATO in *jus* datur, si eximatur. *vid. lit. I.*

*Actio* de statu CIVITATIS datur *Magistratui*

*Adversus* civem, qui talem se esse negat, *Ad* declaranda jura, Magistratum concernentia.

*Et vicissim*

*Civi*

*Adversus* Magistratum, qui talem se esse negat,

*Ad* declaranda jura, cives concernentia. *l. 37. §. 1. ff. Ad Municip.*

\* *Actio Interdicti* de CLOACIS, dupliciter instituitur,

1. *Aut ratione cloacae privatae*, tunc datur *Ei*, qui cloacam, (h. e. locum cavum, per quem colluvies fluit, *l. 1. §. 4. ff. de Cloac.*) reficere vel purgare vult, quam quis habet, praestita cautione damni infecti. *Menck. Theor. & Prax.*

*Pandect. tit. de Cloacis. §. 2. Böhmer. de Action. S. 2. c. 4. §. 29.*

*Adversus eum, qui illam refectionem & purgationem impedit, præcipue contra vicinum, per cujus ædes cloaca currit, l. 1. §. 11. ff. d. t. Menck. d. §. 2. Böhmer. d. §. 29. Harsolt. de Action. P. 6. Act. 83. num. 3. 4. 5.*

*Ad id, ut ne purganti, reficientique vis fiat. l. 1. pr. §. 2. ff. d. t. Mencken. d. §. 2. Böhmer. d. §. 29. Harsolt. d. l. n. 4. seqq.*

*2. Aut ratione cloacæ publicæ, tunc datur Cuius ex populo, cloacam publicam reficienti, & purganti Menck. d. l. §. 3. Böhmer. d. l. §. 30. Mindan. de Interdict. P. 2. tit. 14. n. 4. 5.*

*Adversus impediendum, aut immittere quid conantem, quo usus ejusdem cloacæ deterior sit, vel fiat. Mencken. d. l. §. 3. Böhmer. d. §. 30.*

*Ad id, ut reficienti, purgantique vis non fiat, Menck. d. l. §. 3. neve quid in eam immittatur. Menck. d. §. 3. Aut si quid immissum sit, restituatur in pristinum statum. l. 1. §. 15. ff. de Cloac. Mindan.*

*Mindan. d.*

*terdict.*

*bus cloac.*

*commiffa.*

*c. 4. §. 30.*

*Actio COMM.*

*Directa datu.*

*Commodanti,*

*Adversus con.*

*Quib. mod.*

*Ad rem com.*

*vam, d. §. 2.*

*etibus, l. 3.*

*restitu.*

*Contraris dat.*

*Commodario*

*Adversu com.*

*mod. ve co.*

*Ad indemnita.*

*mine con.*

*si usui in.*

*Actio COMM.*

*tur*

*Actio, qui res*

*nes. Et*

*Et*

*Mindan. d. l. num. 100. seqq.* Quo Interdicto etiam *bodie* utuntur, quibus cloacarum publicarum cura est commissa. *Böhmer. de Action. Sect. 2. c. 4. §. 30.*

**Actio COMMODATI**

*Directa* datur

*Commodanti, l. 21. pr. ff. Commod.*

*Adversus commodatarium. §. 2. Instit.*

*Quib. mod. re contr.*

*Ad rem commodatam integram, & sal-  
vam, d. §. 2. cum accessionibus, & fru-  
ctibus, l. 38. §. 10. ff. de Usur. finito usu  
restituendam. l. 17. §. 3. ff. Commod.*

*Contraria* datur

*Commodatario, l. 21. pr. ff. Commod.*

*Adversus commodantem. §. 2. Instit. Quib.  
mod. re contr.*

*Ad indemnitatem rei commodatæ no-  
mine consequendam. d. l. 17. §. 3. v. g.  
si usus intempestive revocatus est. &c.*

**Actio COMMUNI DIVIDUNDO** da-  
tur

*illis, qui res singulares habent commu-  
nes. Et quidem Directa, si jure do-  
minii*

minii res corporales sint commu-  
nes. *l. 4. pr. ff. Commun. divid. Utilis*  
autem, si res incorporales, aut cor-  
porales quidem, sed alio jure in re.  
*l. 7. princ. §. 6. 7. 10. & 12. ff. eod.*

*Adversus se invicem, dd. text.*

*Ad illas res dividendas. l. 1. & 3. ff. eod.*  
commoda, post communionem per-  
cepta communicanda, damnaque &  
impendingia ab alterutro facta, restitu-  
enda. *l. 3. pr. l. 4. §. pen. & l. 8. §. 3.*  
*ff. eod.*

\* **EX COMPROMISSO** datur Actio in  
factum

*Compromittenti alterutri*

*Adversus compromittentem, qui stipu-*  
latione (hodie pacto, etiam nudo,  
*vid. Lüder. Mencken. in Theor. & Praxi*  
*ff. tit. de Recept. §. 3. p. m. 175.) promi-*  
sit, se stare velle Sententiæ Arbitri.  
*l. 27. §. 2. ff. de recept.*

*Ad standum Sententiæ Arbitri, d. l. 27.*  
*§. 2. aut, si hoc recusatur, & com-*  
promissum fuit pœnale, seu in ca-  
sum violationis pœna fuit adjecta,  
ad

ad illam pœnam exigendam. Sin vero sit non-pœnale, seu insertam pœnam non habeat, ad præstandum interesse. *Mencken. d. l. p. m. 176. Gail. 1. obs. 150. num. 12.*

**CONDICTIO CAUSA DATA** *causa non secuta*, datur

*Ei, qui aliquid ob causam honestam futuram dedit, quæ tamen non est secuta. l. 1. pr. ff. de Condict. caus. dat. caus. non secut. & l. 52. ff. de Condict. indeb.*

*Adversus eum, qui hoc modo aliquid accepit, nec tamen, quod promisit, præstitit. d. l. 2. & 3. ff. de Condict. caus. dat.*

*Ad id, quod datum est, cum accessio- nibus & fructibus restituendum. l. 7. §. 1. & l. 12. ff. eod. aut si jam consum- tum, vel culpa amissum, ejus æstima- tionem. l. 15. b. 1.*

**CONDICTIO OB INJUSTAM CAUSAM** datur

*Ei, a quo ex injusta causa, v. g. metu,*  
B 5 -aliquid

aliquid ad alterum pervenit, *l. 7. ff. de Condict. ob turp. caus.*

*Adversus eum, qui consecutus est, Ad id restituendum. d. l. 7.*

**CONDICTIO OB TURPEM CAUSAM** datur

*Illis, qui aliquid dederunt, vel promiserunt, aut accepto tulerunt, ob causam ratione solis accipientis inhonestam. l. 1. pr. & §. 2. l. 4. §. 2. ff. de Condict. ob turp. caus.*

*Adversus accipientes. dd. text.*

*Ad id, quod turpiter acceptum, cum fructibus & accessionibus repetendum. arg. l. 38. §. 1. seqq. ff. de Usur.*

**CONDICTIO SINE CAUSA** datur

*Illis, qui rem promiserunt, vel dederunt, quæ sine causa apud alium existit, l. 1. pr. & l. 3. ff. de Condict. sine caus.*

*Adversus illos, penes quos sine causa res existit. d. l. 1. §. ult. & l. 2. ff. eod.*

*Ad obligationem, vel rem illam repetendam. d. l. 1. & 3.*

CON-

CONDICTIO CERTI ex LITERIS, *vid. Actio Chirographaria*

CONDICTIO CERTI ex MUTUO, *vid. lit. M.*

CONDICTIO CERTI ex STIPULATU, *vid. lit. S.*

CONDICTIO ex Canone redintegranda, *vid. lit. R.*

CONDICTIO FURTIVA

*Certi datur*

*Soli rei furtivæ domino, cui illa est surrepta. l. 1. §. 11. ff. de Condict. furtiv.*

*Incerti*

*Etiā non dominis, qui jus in re furtiva habent, uti creditoribus pignoratitiis, l. 12. §. fin. ff. eod.*

*Adversus furem, l. 5. eod. & illos, quorum ope, auxilio & consilio, furtum est commissum. l. 53. §. 1. de V. S.*

*Ad repetendas res furtivas cum omnibus omnino fructibus, l. 8. §. 2. ff. de Condict. furtiv. & arg. l. 2. C. de Fruct. & lit. expens. omnique interesse. l. 3. ff. de Condict. furtiv.*

CONDICTIO INDEBITI datur

B 6

Illis,

*Illis, qui indebitum per errorem solverunt, l. 5. & 6. C. de Condict. indeb. l. 31. & 47. ff. eod.*

*Adversus accipientes, vel delegantes. l. 57. §. 1. ff. eod. modo contrahendo semet obligare potuerint. §. 1. Institut. Quib. mod. re contr.*

*Ad id, ut si quantitas soluta, tantundem restituatur. l. 7. & l. 19. §. 2. ff. de Condict. indeb. sine usuris. l. 1. C. eod. Sin species, illa ipsa cum omnibus fructibus restituatur. l. 15. pr. ff. eod. deductis tamen impensis. l. 65. §. 5. ff. eod.*

### CONDICTIO ex LEGE

*In genere, datur*

*Illis, quibus aliquid debetur ex obligatione, quam Lex nova introduxit, sed de genere Actionis, quo experiendum, nihil cavit. l. un. ff. de Condict. ex Lege.*

*Adversus illos, qui hoc modo aliquid debent,*

*Ad id, quod ita debetur, præstandum.*

*In specie cui detur, adversus quem, &*

*ad*

*ad quid*, regula definiri nequit, sed ex ipsis Legibus, quibus Actiones sunt introductæ, est addiscendum.

\* **CONDICTIO** ex *Lege diffamari*, datur

*Diffamato*

*Adversus* diffamantem, ob factam diffamationem,

*Ad id*, ut a Judice diffamati terminus ad agendum, & de jure prætenso docendum, sub pœna perpetui silentii, diffamanti præfigatur. *Coch. d. l. P. 2. lit. D. pag. 178. Richt. D. 100.*

**CONDICTIO** ex **LEGE** ad **DONATIONEM** exigendam, datur

*Donatario*, cui *nuda* conventionem res donata,

*Adversus* donatorem,

*Ad rem* donatam præstandam, *l. 35. §. 2.*

*Et ult. C. de Donat. in quantum* facere potest. *§. 38. Institut. de Action.*

**CONDICTIO** ex **LEGE** ad **DONATIONEM** revocandam. *vid. Actio Revocatoria Donationis.*

**CONDICTIO** ex **LEGE** ob **LÆSIONEM**

ONEM enormem, vid. *Querela enormis lationis.*

CONDICTIO ex LEGE ad LEGITIMAM *supplendam*, vid. *Actio Suppletoria.*

CONDICTIO ex LEGE: SI ET ME ET TITIVM XXXII. ff. *de reb. credit.* datur ex communi Dd. *sententia*

*Omnibus*, quorum res propriae, vel illis debita, ad alios sine justa causa & citra illorum culpam pervenerunt, quique ad illam consequendam aliam actionem non habent.

*Adversus* illos, ad quos ita res pervenerunt.

*Ad eandem* ab illis consequendas. *d. l. 32. ibique Dd.*

CONDICTIO ex LEGE de SPURTULIS, seu *Actio Condictitia* datur

*Ei*, qui damnum passus est ex gravamine sportularum, quas ultra debitum modum solvit.

*Adversus actorem*, qui dolo malo ideo plus complexus fuit in Libello, ut  
reus

reus majores solveret sportulas. §. 24.

*Institut. de Action.* Item aduersus *Executores litium*, qui scienter majores sportulas exigunt, §. 25. *Instit. eod.*

*Ad triplum*, si aduersus calumniosum actorem, ad *quadruplum* autem, si aduersus *Executores litium* instituitur. *dd. text.*

CONDICTIO TRITICIARIA datur

*Ei*, cui res qualiscunque, præter pecuniam, erat danda, *l. i. pr. ff. de Condict. Tritic.*

*Aduersus* eum, qui loco rei æstimationem ex conventionem, aut delicto debet. *l. 3. & 4. eod.*

*Ad id*, ut illa res ex arbitrio Iudicis, pro ratione loci & temporis æstimetur, & reus in æstimationem condemnetur. *dd. text.*

*Actio* CONDUCTI datur

*Conductori*, *l. 15. pr. ff. Locat.*

*Aduersus locatorem* *pr. Inst. Locat.*

*Ad id*, ut si *opera* locata, fideliter præstentur, si *res*, illa uti frui liceat. *l. 9. pr. ff.*

*pr. ff. eod.* eam, ubi opus, locator re-  
ficiat. *l. 15. §. 1. ff. eod.* & præterea  
conductorem tam ratione rei con-  
ductæ, *l. 19. §. 1. eod.* quam expensa-  
rum *necessariarum*, scil. & *utilium*, *l. 55.*  
*§. 1. eod.* indemnem præstet.

### Actio CONFESSORIA

*Directa*, datur

*Domino*, cui, vel cujus prædio, servi-  
tus est constituta. *l. 2. §. 1. & l. 6. §. 3.*  
*ff. Si servit. vind.*

*Adversus* quemcunque possessorem, &  
turbatorem illius servitutis, *l. 10. §. 1.*  
*eod.*

*Ad id*, ut servitus actori competere de-  
claretur, ejus usus liber concedatur,  
præstita hoc nomine cautione, & re-  
fuso interesse. *l. 6. §. 5. l. 7. & 12. ff.*  
*eod. §. 2. Inst. de Action.*

*Utilis* datur

*Quasi domino*, v. g. *Emphyteutæ*, *l. 16.*  
*ff. de Servitut. Superficiario*, credito-  
ri, cui fundus est oppignoratus. *d. l.*  
*16.* Imo *hodie* etiam aliis, qui jus ali-  
quod,

quod, quod non est servitus, sibi competere asserunt.

*Adversus* illos, qui aliorum *jurium* usum impediunt, illorum quasi - possessionem non tradunt, vel quodammodo turbant.

*Ad id*, ut jura illa declarentur, eorumque liber usus permittatur, prout *antea dictum in directa Actione.*

*Actio* de CONSTITUTA PECUNIA, datur

*Illis*, quibus per constitutum aliquid est promissum. *l. 2. pr. C. de Constit. pecun.*

*Adversus* illos, qui pro se, vel pro aliis, se soluturos, *pacto* promiserunt. §. 2. *Instit. de Action.*

*Ad id*, quod constituto promissum est, consequendum aut interesse. *l. 14. §. 1. & 3. ff. de Constit. pecun.*

*Actio* contra CONTUMACEM, seu *si quis jus dicenti non obtemperaverit*, datur

*Cuius* de populo, ob interesse publicum, *arg. l. 7. pr. ff. de Jurisdic.*

*Adversus*

*Adversus contumaces, qui scilicet quod extremum in jurisdictione est, non faciunt, l. un. §. 1. ff. Si quis jus dic. non obtemp. i. e. executioni iudicis non parent, vel resistunt.*

*Ad pœnam pecuniariam arbitrariam, non pro ratione interesse partis, sed contumaciæ quantitatis æstimandam. d. l. un. §. fin.*

*Actio CORRUMPTI SERVI. vid. lit. S.*

- \* *Adversus CURATOREM falsum datur utilis Actio. vid. Subsidiaria Actio.*
- \* *Contra CURATOREM suspectum datur Actio. vid. Suspecti postulatio.*
- \* *CURÆ Actio, seu utilis Tutelæ. vid. lit. T.*

## D.

*Ob DAMNUM datur Actio L. Aquiliæ. vid. lit. L.*

*Actio ex stipulatu DAMNI INFECTI datur*

*Ei, cui de damno infecto cautum, Adversus illum, qui cavit,*

*Ad id, ut damnum, de quo cautio interpo-*

terposita e  
tigit, re  
nterest. A  
dam: l. 2  
tio in factu  
tionem D  
, qui ob p  
cautiones  
tore in po  
versario a  
§. fin. ff. ex  
versus eum  
lit. l. 7. pr.  
vid, quod  
stare debu  
Ho DAMN  
Actio Legis  
Ho de DAM  
vid. Famili  
SI DAMN  
li passus  
perie, vid  
vid. lit. P.  
lit. A  
SI DAMN

terposita est, quodque postea contigit, resarciatur, præstando id, quod interest Actoris, damnum non fuisse datum. *l. 28. § 40. ff. de damn. infect.*

*Actio* in factum ob non præstitam cautionem DAMNI INFECTI datur *i*, qui ob petitam, sed non præstitam cautionem de damno infecto, a Præ-tore in possessionem missus, ab Ad-versario autem non admissus. *l. 15.*

*§. fin. ff. eod.*

*Adversus eum*, qui missum non admittit. *l. 7. pr. ff. eod.*

*Ad id*, quod cautione præstita reus præstare debuisset. *dd. text.*

*Actio DAMNI INJURIA DATI. vid.*

*Actio Legis Aquil.*

*Actio* de DAMNO a FAMILIA dato.

*vid. Familia.*

Si DAMNUM quis ab alieno animali passus, datur modo *Actio de Pau-perie*, *vid. lit. P.* modo *Actio de Pastu*, *vid. lit. P.* modo *Actio Ædilitia. vid. lit. A.*

Si DAMNUM, hereditate jacente, factum

factum ab eo, qui Testamento liber  
esse iustus, datur *Actio. vid. lit. H.*

\* Si DAMNUM in itinere factum, da-  
tur aliquando *Actio contra Publica-*  
*num. vid. lit. P.*

\* DAMNUM injuria si Familia dedisse  
dicitur, datur *Actio: si Familia furtum*  
*vel damnum fecisse dicitur. vid. lit. F.*

*Actio de DAMNO IN NAVI, CAU-*  
*PONA, VEL STABULO dato, da-*  
*tur*

*Hospitibus & vectoribus, quibus in na-*  
*vi, caupona, vel stabulo damnum,*  
*aut furtum ab illis factum, qui ibi ha-*  
*bitandi, vel operarum præstanda-*  
*rum gratia sunt. §. fin. Instit. de Oblig.*  
*qua ex quasi delict. §. l. 5. §. fin. ff. de*  
*O. & A.*

*Adversus Exercitores navium, caupo-*  
*narum, vel stabulorum. dict. §. fin.*

*Ad duplum damni dati. l. fin. §. 1. ff. Naut.*  
*Caup. & Stabul.*

*Actio de DAMNO IN TURBA dato,*  
*datur*

*Illis,*

*lis, quibus damnum in turba datum.*  
*l. 4. §. 12. ff. Vi bon. rapt.*

*Adversus illos, qui dolo malo damnum*  
*in turba quovis modo dederunt, aut,*  
*ut damnum daretur, dolo malo fe-*  
*cerunt. d. l. 4. pr. §. 4. 5. & 6.*

*Ad duplum damni dati intra annum,*  
*post annum in simplum. d. l. 4. pr. &*  
*§. 8.*

*Actio de DAMNO IN INCENDIO,*  
*RUINA, NAUFRAGIO &c. dato,*  
*vid. Actio de Raptis, & corruptis in in-*  
*condio &c.*

*Actio de DEJECTO vel EFFUSO da-*  
*tur*

*si, cujus rei damnum illatum, aut, si*  
*libero homini nocitum, vel ille per-*  
*ierit, cuivis de populo. l. 5. §. 15. ff. de*  
*his, qui effud.*

*Adversus inhabitatorem ædium, vel*  
*cœnaculi, unde aliquid in eum lo-*  
*cum dejectum, vel effusum, quo*  
*vulgo iter fit. l. 1. §. 4. & l. 5. pr. ff. eod.*

*Ad duplum, si in re estimabili damnum*  
*datum, §. 1. Instit. de Oblig. quæ ex quasi*  
*del.*

*del. Sin libero homini nocitum, ad id quod Judici æquum videtur, æstimationis operis & impensis, d. §. 1. aut si ille perierit, ad pœnam L. aureorum. dd. text.*

### **Actio DEPOSITI**

*Directa datur*

*Deponenti, §. 3. Instit. Quib. mod. re contrahitur oblig.*

*Adversus Depositarium, d. §. 3.*

*Ad rem depositam salvam & incorruptam restituendam. d. §. 3. aut, si ex causa miserabili res deposita, ad duplum. l. 1. §. 3. & 4. ff. Depos.*

*Contraria datur*

*Depositario, l. 5. pr. ff. eod.*

*Adversus deponentem,*

*Ad indemnitatem depositi nomine consequendam. d. l. 5. pr.*

\* *Ob DIFFAMATIONEM datur Condictio. vid. lit. C.*

\* *Actio de DISTRAHENDIS RATIONIBUS. vid. lit. R.*

*Actio COMMUNI DIVIDUNDO. vid. lit. C.*

*Actio*

*Actio DOLI datur*

*Dolo deceptis, l. 1. pr. ff. de Dol. mal.*

*Adversus decipientes, d. l. 1. pr. & § 1.*

*Ad id, ut res dolo amissa restituatur cum omni causa. l. 18. pr. eod. & l. 35. ff. de V. S. aut, nisi ad arbitrium Judicis restituatur, reus condemnetur in interesse. d. l. 18. pr.*

*Condictio ex Lege ad DONATIONEM exigendam. vid. lit. C.*

*Actio DONATION. REVOCAT. vid. lit. R.*

*Querela inoffic. DONATION. vid. lit. Q.*

*\* Ob DOTALITIUM Actio, seu Condictio ex moribus, datur*

*Vidua*

*Adversus successores feudales,*

*Ad usumfructum in bonis mariti defuncti percipiendum. add. Coch. in Prax. Fori German. P. 2. voc. Dot alitium.*

*Actio DOTIS*

*Petenda, seu exigenda, datur*

*Marito, l. 5. C. de dot. promiss.*

*Adversus focerum, aut alium, qui dotem promisit, d. l. 5.*

*Ad*

*Ad dotem promissam consequendam.*  
*l. fin. C. eod.*

*Repetenda* (quæ olim duplex: *hodie* sublata *rei uxoria* *Actione* una) competit *Uxori*, *l. 11. C. Solut. matrim.* Eiusve patri *l. 2. & seqq. ff. eod.* Item extraneo, si dotem sibi reddi stipulatus, *l. un. §. 11. & 13. C. de R. U. A.* Et quidem soluto matrimonio. *l. 2. pr. ff. solut. matrim.*

*Adversus* maritum, *l. 22. §. 12. eod.* Vel patrem mariti, qui dotem accepit. *d. l. 22. §. 12. & l. 27. eod.*

*Ad dotem cum fructibus, habita proportionione illius anni, quo matrimonium solutum, restituendam.* *l. 7. pr. ff. eod.* & *damnum, culpa datum, resarciendum.* *l. pen. princ. eod.*

*Querela inofficiosa DOTIS. vid. lit. Q.*

## E.

*Actio de EDENDO* datur *Illis*, quorum principaliter, aut per consequentiam interest, aliquid edi. *l. 6. §. 5. ff. de Edend.*

*Adversus*

*adversus Actorem, vel Reum.*

*Id id, ut illud edatur, vel id, quod interest, præstetur. d. l. 6. §. 4. l. 8. §. 1. & l. 10. §. 2. ff. eod. Quo ultimo casu pœnalis est. l. fin. ff. eod.*

*Actio, seu remedium ex Leg. fin. C. de EDICTO DIVI HADRIANI TOLLENDO, datur*

*i, qui in testamento, vitium visibile non habente, est heres scriptus.*

*Böhmer. Traît. de Action. S. 2. c. 4. §. 5.*

*Idem in Introd. ad Jus Digest. tit. Quor.*

*bonor. §. 4. 5. Item substituto. Menck.*

*Theor. & Prax. Pandect. tit. Quor. bon.*

*§. 5. Non autem legatario, Menoch.*

*de adipisc. remed. 4. n. 693. Nec here-*

*di ab intestatò. Menck. d. l. §. 6.*

*adversus quemcunque, qui testamen-*

*to tali prolato contradicit, sive pos-*

*sideat absque titulo, sive non. l. fin.*

*C. de Edict. Div. Hadr. toll.*

*Id id, ut, summaria causæ cognitione*

*præcedente, impetretur immissio*

*in omnia defuncti bona. d. l. fin.*

*Menck. d. l. §. 6. Böhmer. de Action. d. §. 5.*

C

Actio

*Actio de EFFUSO. vid. Actio de Dejecto.*

*Actio EMPHYTEVTICARIA est utrinque directa, & sic datur*

*I. Illi, cui Emphytevsis est promissa, Adversus promissorem,*

*Ad rem in Emphytevsin promissam tradendam, utile dominium transferendum, & si quid præterea interest, præstandum. §. 2. Instit. de Locat. l. 1. C. de Jure Emphyt. & arg. l. 19. §. 1. ff. Locat.*

*H. Domino rei Emphytevticariæ.*

*Adversus Emphytevtam.*

*Ad id, ut rem Emphytevticariam curando & colendo meliorem reddat, incolumem conservet, ac pensionem singulis annis præstet. d. §. 2. & l. 2. C. de Jure Emphyt.*

*EMPHYTEVTICARIA rei vindicatio, vid. Actio Vectigalis.*

*Actio EMTI datur*

*Emtori, l. 11. pr. ff. de Act. Emt.*

*Adversus venditorem, l. 47. ff. eod.*

*Ad rem venditam, soluto pretio, cum omni emolumento, & accessionibus*

bus traden  
l. 13. §. 1. v.  
ad, quod p  
zi-Vendit  
n. g. Eviden  
tio de EO  
CO, vid. l.  
Per ERR  
rum, datur  
tio de Singul  
EVICTIO  
cui in ca  
vel duplum  
l. 12. §. 2. d.  
versus pron  
id, quod  
atum, præ  
duplum pre  
pr. l. 56. pr.  
Contra EX  
ficienter p  
tur Actio.  
Sponsalis.  
Actio contra

bus tradendam. §. 2. *Instit. de Donat. l. 13. §. 10. & l. 18. ff. de Act. Emi. & omne id, quod præterea ex contractu Em-  
ti-Venditi debetur, præstandum, v. g. Evictionem, l. 11. §. 1. ff. eod.*

*Actio de EO, QUOD CERTO LO-  
CO, vid. lit. L.*

Per ERROREM si indebitum solu-  
tum, datur *Condictio indebiti. vid. lit. C.*

*Actio de Stipularu simplæ vel duplæ pro  
EVICTIONE datur*

*Ei, cui in casum rei evictæ simplum  
vel duplum stipulatione promissum.  
l. 52. ff. de Evict.*

*Adversus promittentem.*

*Ad id, quod in stipulationem dedu-  
ctum, præstandum, simplum scil. vel  
duplum pretii, quo res vendita. l. 53.  
pr. l. 56. pr. & l. 60. ff. eod.*

*Contra EXECUTORES LITIIUM,  
scienter plus iusto exigentium, da-  
tur Actio. vid. Conditio ex Lege de  
Sportulis.*

*Actio contra eum, qui EXECUTI-  
ONI*

ONI non paret. *vid. Actio contra Contumacem.*

*Actio* EXERCITORIA datur  
*Illis*, qui cum Magistro, vel Promagistro navis secundum legem præpositionis contraxerunt. *l. 1. §. 7. & 12. ff. de Exerc. act.*

*Adversus* Exercitores navis. *d. l. 1. §. 24.*

*Ad* præstandum id, quod vi conventionis cum Magistro initæ, debetur, in solidum. *l. 1. in fin. eod. & §. 2. Instit. Quod cum eo, qui in alien. pot.*

\* *Ob* EXHEREDATIONEM iniquam datur *Querela. vid. lit. Q.*

*Actio* ad EXHIBENDUM datur  
*Illis*, quorum ex justa causa peculiariter, & proprio jure interest, rem exhiberi. *l. 3. §. 9. & 10. l. 13. ff. ad Exhibend.*

*Adversus* quoscunque possessores. *d. l. 3. §. fin. qui rem exhibere possunt. l. 5. pr. & §. fin. ff. eod.*

*Ad id*, ut res exhibeatur *in eadem causa*, qua fuit tempore judicii accepti. *l. 9. §. 5. & seqq. eod.*

\* Si

Si EXIMAT quis reum, datur *Actio*.  
vid. *Actio de in Jus vocato non exi-*  
*mendo.*

*Actio* ob EXPENSAS datur

*Generaliter*

*Ei*, cui *Expensæ* debentur,  
*Adversus* eum, qui eas debet,  
*Ad* *expensas* eas solvendas.

*Specialiter*, e. g.

1. Ob vexationem adversarii repetun-  
tur *Expensæ* ex L. Aquil. in factum  
ad id, quod interest. *Mev. P. 8. Dec.*  
*269. Dn. Coch. in Prax. Fori German. P. 2.*  
*voc. Expensæ.*

2. *Expensæ* artificii, eruditionis, ac  
disciplinarum condici possunt. l. 1.  
*C. de infant. expos. Coch. d. l.*

3. Aliquando ex natura actionis de-  
bitæ illæ *expensæ* petuntur, uti a  
venditore consequimur *expensas*  
*Actione* ex emto: *expensas* in he-  
reditatem factas iudicio familiæ ex-  
ciscundæ. *Dn. Coch. d. l.*

4. Aliquando ab adversario, quocum  
litigamus, *expensas* petimus, ubi

C 3

rem

rem nostram possidet. *Coch. d. l. voc. Expensa. in fin.*

**Actio EXPILATÆ HEREDITATIS.**  
*vid. lit. H.*

**Actio EXPLETORIA.** *vid. Suppletoria.*

## F.

\* Qui **FACIT** quid, ut alter quid det, vel faciat, datur *Actio Præscriptis verbis. vid. lit. P.*

**Actio de FALSO MODO,** *vid. lit. M.*

**Actio FAMILIÆ ERCISCUNDÆ**  
datur

*Ei, qui fatente adversario est heres, aut ad minimum cum adversario possidet hereditatem. l. 1. §. 1. ff. Famil. ercisc.*

*Adversus coheredem. l. 36. ff. eod.*

*Ad id, ut res hereditariæ dividantur. l. 1. pr. l. 2. pr. ff. eod. sumtusque ex hac causa facti, & damna pro competente parte refundantur. l. 19. in fin. §. 1. 25. §. 16. ff. eod.*

**Actio Edicti: Si FAMILIA FURTUM**  
aut

aut *damnum injuria fecisse dicatur*,  
datur

*Ei, cui furtum, vel damnum injuria a familia factum. l. 1. pr. & §. 2. ff. Si fam. furt. fec. dic.*

*Adversus dominum familiae, sive adhuc possideat, sive dolo possidere desierit. l. 3. §. fin. ff. eod.*

*Ad id, ut vel poenam praestet, in furto scil. duplum, l. 2. ff. eod. In damno injuria dato aestimationem. Vel familiam noxae dedat. d. l. 1. pr.*

*Actio FAVIANA datur*

*Patrono, si quid in fraudem legitimae, sibi debitae, a liberto, testato mortuo alienatum. l. 3. §. 2. ff. Si quid in fraud. patron.*

*Adversus illius, quod ita alienatum, possessorem. l. 1. §. 27. in fin. ff. eod.*

*Ad revocandum alienatum, quantum a legitima patroni est deminuta. l. 1. C. eod.*

*Actio Quasi FAVIANA datur*

*Impuberi arrogato, in cujus fraudem arrogator aliquid alienavit, ne scil.*

*post emancipationem, vel exheredationem quarta ad ipsum perveniret. l. fin. ff. eod.*

*Adversus rerum alienatarum possessionem. arg. l. i. §. 27.*

*Ad revocandum res alienatas, usque ad quartam. d. l. fin.*

**FIDEICOMMISSARIA** Hereditatis petitio. *vid. lit. H.*

\* **FIDEICOMMISSARIIS** *Universalibus* datur *Fideicommissaria hereditatis petitio. vid. lit. H.*

\* **FIDEICOMMISSARIIS** *Particularibus* datur *Actio ex Testamento. v. lit. T.*

\* **Ex FIDEJUSSIONE** oriuntur quaedam *Actiones*, & quidem

*Conditio certi ex stipulatu, vid. lit. S. si certum quid in obligatione deductum, vel Actio ex stipulatu, si incertum. Coch. in Praxi Fori German. P. 2. voc. Fidejussio. datur*

\* *Creditori*

*Adversus fidejussorem*

*Ad id, quod in stipulationem deductum est.*

\* **Contra**

Contra  
de jussori  
mandati  
tionem,  
d. l. p. 197.  
Coch. d. l. p.  
i. 2.  
versus deb  
repetend  
item datur  
de jussori,  
versus credi  
id, ut imple  
cipalem. Co  
tio de FILI  
venibus  
versus liber  
gant.  
declaran  
pr. §. 1. i. ff  
vicillim  
beria  
versus pare  
gant.  
declaran

\* Contra

*Fidejussori ipsi patent Actiones, ut Actio mandati antequam solvit ad liberationem, & de indemnitate Actio. Coch. d. l. p. 197. 198. vel negotiorum gestio. Coch. d. l. p. 197. Mev. P. 8. D. 249. num. 1. 2.*

*Adversus debitorem principalem, Ad repetendum, quod sibi abest.*

\* Item datur

*Fidejussori, Adversus creditorem, Ad id, ut ipse experiatur contra principalem. Coch. d. l. p. 198. in fin.*

*Actio de FILIATIONE, datur Parentibus*

*Adversus liberos, qui tales se esse negant.*

*Ad declarandum jus paternitatis. l. 5. pr. & t. t. ff. de agnosc. & alend. liber.*

Et vicissim

*Liberis*

*Adversus parentes, qui tales se esse negant.*

*Ad declarandum jus filiationis. d. l. 5.*

C 5

Qui

Qui FINES dolo malo moverunt, e-  
 verterunt &c. contra eos datur *Actio*  
*de Termino moto. vid. lit. T.*

*Actio* FINIUM REGUNDORUM  
 datur

*Illis*, qui confines agros habent, l. 4.  
 §. 10. ff. *Fin. regund.* quorum termini  
 confusi. l. 8. pr. eod. aut etiam mali-  
 tiose turbati. §. pen. *Instit. de Offic.*  
*Judic.*

*Adversus* se invicem. d. l. 4. §. 10.

*Ad id*, ut termini confusi rite discer-  
 nantur, & declarentur. l. 4. pr. l. 8. pr.  
 eod. nec non id, quod eo nomine in-  
 terest, præstetur. d. l. 4.

\* *Actio Interdicti*: Ut in FLUMINE  
 PUBLICO NAVIGARE LICE-  
 AT, datur

*Cuius*, qui in flumine, lacu vel stagno  
 publico navigare prohibetur, *Menck.*  
*Theor. & Prax. Pandect. tit. Ut in flum.*  
*publ. navig. lic. §. 1.*

*Adversus* eum, qui prohibet ibi navi-  
 gare, vel aliud quid facere, quod  
 alteri licet facere in publico flumi-  
 ne.

ne. *Böhmer. Introd. ad Jus Digest. ad eund. tit. idem in Tr. de Action. S. 2. c. 4. §. 81. Harsolt. de Action. P. 6. Act. 60. n. 4.*  
*Ad id, ut ille prohibere desinat. Menck. d. l. §. 1.*

*Actio Interdicti: NE in FLUMINE PUBLICO, RIPAVE EJUS QUID FIAT, QVO PEJUS NAVIGATUR, duplicis generis est,*

1. *Aut ibi fit aliquid, vel immittitur, quo statio, seu portus & navigatio possit fieri deterior, tunc Actio datur*

*Quivis ex populo, Luder. Mencken. Theor. & Prax. Pandect. tit. de Flumin. ne quid in flum. publ. & c. §. 3. Harsolt. de Action. P. 6. Act. 58.*

*Adversus eum, qui navigationem, aut iter navis deterius reddere intendit. Menck. d. §. 3. Ejusque heredes, l. 1. §. ult. ff. d. t. Harsolt. d. l. n. 6.*

*Ad id, ut caveatur, ne hoc fiat. l. 1. pr. & §. 14. 17. ff. d. t. Menck. d. l. §. 3. Böhmer. de Action. S. 2. c. 4. §. 79.*

2. *Aut aliquid ibi jam factum est, quo na-*  
C 6
viga-

*vigatio deterior existat, tunc Actio datur*

*Cuius ex populo, Menck, d. l. §. 4. Hersolt. d. l. n. 9.*

*Adversus quemcunque possessorem, l. 1. §. ult. ff. d. t. qui aliquid factum, immissumque habet, quo statio, iterve deterior factum. Menck. d. l. §. 4.*

*Ad id, ut restituatur, quod factum est. Böbmer. d. §. 79. cum omni interesse. Hersolt. d. l. num. 9. 10.*

\* *Actio Interdicti: NE in FLUMINE PUBLICO QUID FIAT, QVO ALITER AQVA FLUAT, ATQUE UTI PRIORE ÆSTATE FLUXIT, est duplicis generis, siquidem datur*

1. *Cuius ex populo. l. 1. §. 9. ff. ne quid in flum. publ. quid fiat, quo aliter aqua fl.*

*Adversus eum, qui in flumine publico, ejusve ripa quid facere, aut immittere conatur, quo aliter aqua fluat, atque priore æstate fluxit, Hersolt. de Action. P. 6. Act. 59. n. 5. h. e. quo aquæ cursus vel depressior, vel arctior, vel rapi-*

rapidior fit cum incommodo acco-  
 lentium. *Böbmer. de Action. S. 2. c. 4.*  
 §. 80.

*Ad id*, ut ne quid eo modo fiat, vel im-  
 mittatur. *l. 1. pr. & §. 7. 8. ff. d. t. Menck.*  
*ad d. tit. §. 1.*

1. *Cuivis ex populo. Harsolt. d. l. num. 9.*  
*Menck. d. l. §. 3.*

*Adversus eum*, qui in flumen publicum  
 quid factum immissumve habet, quo  
 aqua aliter fluat, atque priore ætate  
 fluxit, *Menck. d. l. §. 3. Harsolt. d. l.*  
*n. 8. 9.*

*Ad id*, ut factum immissumve illud tol-  
 latur, & omnia in pristinum statum  
 restituantur. *Böbmer. de Action. S. 2.*  
*c. 4. §. 8. Menck. d. §. 3.*

*Actio Interdicti de FONTE*, seu FON-  
 TIS REFECTIONE & PURGA-  
 TIONE, NON IMPEDIENDA,  
 datur

*Illi*, qui hoc anno sine vitio ab adver-  
 sario aqua ex fonte, puteo, piscina,  
 usus est, & aquæ haustus gratia fon-  
 tem &c. reficere & repurgare inten-

dit. *Menck. d. l. tit. de Fonte. §. 2. Böbmer. de Action. S. 2. c. 4. §. 28. Capolla de S. R. P. c. 7. num. 5.*

*Adversus eum, qui fontem &c. purgare & reficere prohibet. Menck. d. l. §. 2.*

*Ad id, ut prohibere desinat, atque cautionem de non amplius turbando præstet. add. Menck. d. l. §. 3. Böbmer. d. l. §. 28. Hersolt. de Action. P. 6. Act. 82. n. 3.*

*Actio FUNERARIA datur*

*Illis, qui in alienum funus sumtus fecerunt, nec aliam actionem habent.*

*l. 5. §. 12. ff. de religiof. & sumt. funer.*

*Adversus illos, ad quos hoc munus pertinuit. l. 12. §. 2. ff. eod.*

*Ad sumtus, sine quibus funus honeste duci non potuit, consequendos. l. 14. §. 3. 4. eod.*

\* *Si FURTO res hereditariae sunt surrepta, datur Actio expilatae Hereditatis. vid. lit. H.*

\* *FURTI CONDICTIO. vid. lit. C.*

\* *FURTUM si fecit liber esse iustus, jacente hereditate, contra eum datur*

*tur*

tur Actio. *vid. Actio de Eo, quod ex HEREDITATE jacente &c.*

Actio FURTI datur

omnibus, quorum ex justa causa immediate interest. §. 13. *Instit. de Obligat. qua ex dol. l. 10. 11. & 12. §. 1. ff. de Furt.*

*Adversus fures, tot. tit. ff. de Furt.*

*Ad pœnam quadrupli, si furtum manifestum; dupli, si non-manifestum. §. 5. Instit. dict. tit.*

Actio FURTI a FAMILIA facti, *vid. supr. Familia.*

Actio FURTI IN NAVI, CAUPONA, vel STABULO facti datur

illis, quorum interest, res in navi, caupona, vel stabulo illatas, non fuisse surreptas. l. 1. §. 3. & 4. *ff. Furt. advers. naut. caup.*

*Adversus Exercitores navium, cauponarum & stabulorum, sive ipsi res illas surripuerint, (in quo differt hac Actio ab Actione de Damno in navi, caupona, vel stabulo dato.) Lauterb. in Compend. ff. d. tit. p. m. 659.*

*Ad*

*Ad duplum rerum ablatarum.*

*Actio Arborum FURTIVIM cesarum. vid. Arbor.*

*Condictio FURTIVA. vid. lit. C.*

## G.

*Actio Interdicti de GLANDE LEGENDA, datur*

*Vicino, cujus fructus (hi enim glandis nomine hoc loco denotantur. l. 1. §. 1. ff. de gland. leg. Lauterb. p. 606.) in vicini fundum ceciderunt. d. l. 1. modo intra triduum petantur. Böhmer. de Actiō. S. 2. c. 4. §. 55.*

*Adversus eum, qui fructus tales legere, aut auferre prohibet. Böhmer. d. l. §. 55. Lauterb. p. 606.*

*Ad id, ut fructus illos intra triduum legere, aut auferre liceat. Böhmer. d. l. §. 55. Lauterb. p. 606. Sed hujus Interdicti Actionem vix hodie observari, asserit Lauterb. p. 606. Böhmer. d. §. 55. dum etiam rami propendentes in agrum alterius ad vicinum spectant. Habn. ad Wesenb. ff. de gland.*

*gland. legend. Böhmer. d. §. 55. Eckolt.  
ad ff. d. t. §. 3.*

H.

HEREDI SCRIPTO datur *Remedium*  
*L. fin. C. de Edict. Divi Adrian. toll.*  
*vid. lit. E.*

HEREDITATIS PETITIO datur  
*Heredibus quibuscunque. l. 1. 2. & 3.*  
*ff. de hered. petit.*

*Adversus illos, qui jus, vel rem hereditariam pro herede, vel pro possessore possident. l. 9. ff. eod.*

*Ad id, ut heredes declarentur, l. 10. §. 1. eod. & consequenter res hereditariae illi restituantur. d. l. 10. praestations quoque personales praestentur. l. 25. §. 18. eod.*

Petitio partis HEREDITATIS datur  
*ei, qui pro parte heres est, adeoque partem hereditatis petit, l. 1. §. 1. ff. Si pars hered. pet.*

*Adversus illum, qui pro herede, vel pro possessore illam partem possidet. arg. l. 76. ff. de R. V.*

*Ad*

*Ad id, ut ex parte heres declaretur, & consequenter pars hereditatis pro indiviso restituatur. l. 1. §. 1. & l. 7. ff. Si pars hered. pet.*

\* Contra HEREDEM datur aliquando

*Actio Legatorum. vid. lit. L.*

\* HEREDI aliquando datur

*Actio ex Testamento. vid. lit. T.*

*Bonorum possessoria HEREDITATIS PETITIO datur*

*Ei, cui a Pratore bonorum possessio datur. l. 1. ff. de possess. hered. pet.*

*Adversus eum, qui res hereditarias pro herede, vel pro possessore possidet. d. l. 1.*

*Ad id, ut bonorum possessor declaretur, & consequenter res hereditariae restituantur. l. 2. eod.*

Fideicommissaria HEREDITATIS PETITIO datur

*Fideicommissario universali, cui hereditas, vel ejus pars a fiduciario verbo restituta. l. 1. ff. de Fideicommiss. heredit. petit.*

*Adversus tertium, qui pro herede, vel pro*

Actio  
pro p  
tem. l. 3.  
id, ut q  
declaretu  
pertinen  
sio expila  
entibus &  
C. de Cri  
obis ill  
reditaris  
terunt, a  
id poenam  
l. 1. ff. eod.  
lib. de eo,  
jacente ad  
jussu, surr  
credibus det  
qui restan  
versus ter  
esse jussus  
cit heredi  
id duplun  
p. & §. 1.  
Actio Interdit  
EXHIBE

pro possessore possidet hereditatem. *l. 3. §. 1. ff. eod.*

*Ad id*, ut quis heres fideicommissarius declaretur, & hereditatem ad se pertinentem consequatur. *l. 2. ff. eod.*

*Actio* expilatæ HEREDITATIS datur Heredibus & successoribus defuncti, *l. 3.*

*C. de Crimin. expil. hered.*

*Adversus* illos, qui ante additionem hereditatis res hereditarias interverterunt, aut furripuerunt. *d. l. 3.*

*Ad* pœnam aliquam extraordinariam. *l. 1. ff. eod.*

*Actio* de eo, quod ex HEREDITATE jacente ab illo, qui Testamento liber esse iussus, surreptum aut corruptum, datur Heredibus defuncti. *l. 1. pr. & §. 9. ff. Si is, qui testam. liber esse iuss.*

*Adversus* servum, qui testamento liber esse iussus, furtum aut damnum fecit hereditati jacenti. *d. l. 1. pr.*

*Ad* duplum ejus, quod interest. *d. l. 1. pr. & §. 1. & 10. ff. eod.*

*Actio Interdicti* de HOMINE LIBERO EXHIBENDO, datur

*Cuilibet*

*Quilibet ex populo, l. 3. §. 9. & 12. ff. de liber. hom. exhib. Lauterb. Comp. ff. p. 606. Böhmer. de Action. S. 2. c. 1. §. 18.*

*Adversus eum, qui liberum hominem invitum, aut persuasum dolo malo sine justa causa retinet. Menck Theor. & Pr. Pandect. tit. de lib. hom. exhib. §. 1. Böhmer. d. l. §. 18.*

*Ad id, ut exhibeatur, h. e. in publicum producat, & videndi, tangendi- que hominis facultas præbeatur. l. 2. ff. d. t. l. 3. §. 8. eod. Lauterb. p. 606. Böhmer. d. §. 18. Menck. d. l. §. 1.*

\* *Actio HOSPITIBUS* damnum vel furtum factis, varia datur. *vid. Actio de Damno in navi, caupona & c. & Actio Furti in navi, caupona & c. item Actio de Recepto. vid. lit. R.*

### Actio HYPOTHECARIA

*In genere, datur*

*Creditoribus. l. 16. §. 5. ff. de Pignor.*

*Adversus quoscunque rerum oppignorataram possessores. d. l. 16. §. 3.*

*Ad id, ut possessio rei oppignoratae avocetur. l. 60. pr. ff. de Evict. ac postmodum*

modum illa a creditore possit distrahi. *l. 1. de distract. pignor.*

*In specie alia est Serviana, alia Quasi Serviana, de quibus agitur sub lit. S.*

I.

De JACTU ex L. Rhodia Actio datur.

*vid. Coch. in Pr. For. German. P. 2. p. 216.*

\* Actio IMPEDITO, quo minus in judicio compareat, datur. *vid. Actio de Eo, per quem factum est, quo minus quis se in judicio sistat.*

\* Actio IMMISSO in possessionem datur, *vid. infr. Possessio.*

Actio de raptis aut corruptis in INCENDIO, ruina, naufragio &c. *vid. lit. R.*

Condictio INDEBITI, *vid. lit. C.*

Actio de INGENUITATE, *vid. Actio de jure Patronatus.*

Actio INGRATI datur

Patrono, qui servum manumisit, *l. pen. C. de libert. & eor. liber.*

Adversus libertum ingratum. *l. 2. C. eod.*

*Ad*

*Ad id, ut in priorem servitutem reducatur. l. ult. ff. eod.*

*Actio Revocatoria Donationis ob INGRATITUDINEM. vid. lit. R.*

*Actio INJURIARUM ÆSTIMATORIA datur*

*Omnibus, qui injuriam passi, §. 10. Instit. de Injur. sive per se, sive per alios. l. 1. §. 3. ff. eod.*

*Adversus illos, qui injuriam intulerunt, aut inferri curarunt. §. pen. Instit. eod.*

*Ad injuriæ illatæ æstimationem consequendam. §. 7. Instit. eod. aut pœnam extraordinariam irrogandam. d. §. 10.*

*Actio INJURIARUM ex L. CORNELIA datur*

*Ei, qui pulsatus, verberatus, aut cujus domus vi introita, §. 8. Instit. eod. & l. 5. pr. ff. eod.*

*Adversus pulsanter, verberantem, aut domum alicujus vi introentem. dd. text.*

*Ad injuriæ illatæ æstimationem consequendam,*

quendam, *l. 37. §. 1. ff. de Injur. aut  
pœnam criminalem dictandam. l.  
l. 37.*

*Actio* INSTITORIA datur

*illis*, qui secundum legem præpositio-  
nis cum institore contraxerunt. *l. 5.  
§. 11. & l. 11. §. 5. ff. de Institor. act.*

*Adversus* præponentes seu principales.

*§. 2. Instit. Quod cum eo, qui in al. pot.  
Ad id*, quod ex contractu gesto debe-  
tur, in solidum.

\* *Actio Interdicti De ITINERE, ACTU-  
QUE PRIVATO*, est duplicis ge-  
neris, & instituitur

*I. Aut de usu itinervis & actus privati tuen-  
do, & possessione defendenda, tunc da-  
tur*

*Quasi possessori itineris, actus vel viæ,  
l. 1. ff. de Itin. actuque priv. Böbmer. de  
Action. S 2. c. 4. §. 18. Lauterb. p. 600.*

*Adversus eum, qui impedit usum, &  
turbat, Lauterb. p. 600. Menck. d. l. tit.  
de Itin. actuque priv. §. 1.*

*Ad id*, ut quasi possessor declaretur, &  
adversarius præstet interesse, cau-  
tionem-

tionemque de non amplius turbando. *Böhmer. d. l. §. 18. Menck. d. §. 1. Ca-poll. de S. R. P. c. 1. n. 33.*

2. *Aut de itineris, actus, aut via privata refectione non impedienda, tunc datur Quasi possessori, cujus interest reficien-di illam servitutem, ejusque heredi-bus & successoribus particulari-bus. Lauterb. p. 601. Böhmer. d. l. §. 19. Menck. d. l. §. 2.*

*Adversus eum, qui refectionem impe-dit. Lauterb. p. 601. Mencken. d. l. §. 2.*

*Ad id, ut prohibere desinat. l. 3. §. 11. ff. d. t. Lauterb. p. 601. Menck. d. l. §. 2. in fin. Böhmer. d. l. §. 19.*

\* *Actio Interdicti de ITINERE & VIA PUBLICA. vid. voc. VIA.*

*Actio JUDICATI datur*

*Victori, qui Sententiam pro se obti-nuit.*

*Adversus eum, qui suo nomine in ju-dicio est condemnatus. l. 4. §. 3. ff. de Re. judic.*

*Ad id, ut illud, in quod condemnatus est, solvat. d. l.*

*Actio*

*Actio male JUDICATI, si Judex litem suam fecerit, seu Actio de Syndicatu, datur*

*li, qui per imperitam, vel imprudentem Judicis Sententiam est læsus. pr. Instit. de Oblig. ex quasi delict.*

*versus Judicem, qui talem Sententiam tulit. d. princ.*

*d id, quod Judici æquum fuerit visum. l. fin. ff. de Extraord. cognit.*

*Actio de eo, per quem factum est, quo minus quis se in JUDICIO SSTAT, datur*

*li, qui a tertio est impeditus, quo minus se in judicio sisteret, sive Actor fuerit, sive reus. l. 1. §. 3. & l. 3. ff. de eo, per quem fact. quo min.*

*versus dolo malo impediētes. l. 1. §. 1. & 2. ff. eod.*

*d id, quod interest. l. 3. pr. eod.*

*Actio ex JUREJURANDO datur*

*, qui ad delationem, vel relationem alterius extra judicium juravit, sibi aliquid deberi, vel rem esse suam.*

D

l. 11.

*l. ii. pr. & §. i. ff. de jurejur. §. ii. Instit.  
de Action.*

*Adversus deferentem, vel referentem.  
l. 6. §. fin. ff. de Jurejur.*

*Ad id, ut conditioni delationis vel re-  
lationis satisfiat, & præstetur id, fu-  
per quo juratum. d. §. ii.*

*Actio si quis JUS DICENTI non ob-  
temperaverit, vid. Actio contra Contum-  
macem.*

*Actio de in JUS VOCANDO, datur  
Ei, qui contra Edictum sine venia in jus  
vocatus est. l. fin. ff. de in jus voc.*

*Adversus vocantem. l. 24. eod.*

*Ad pœnam 50. aureorum, aut si non  
habeat in ære, corporalem. dd. text.*

*Actio de IN JUS VOCATO NON  
EXIMENDO datur*

*Illis, qui alios legitime in jus vocarunt.  
l. i. §. fin. & l. 2. ff. Ne quis eum, qui in jus  
voc.*

*Adversus illos, qui vocatos vi injusta  
exemerunt. l. 5. §. 3. eod.*

*Ad id, quanti ea res, de qua contro-  
versia*

veria et  
§. i.  
Edicti,  
llum statu  
atur, da  
contra o  
est. imo  
in simili c  
statuit, au  
§. 2. ff. a  
versus Magi  
novum statu  
qui impe  
ed, ut Magi  
empe trans  
stantur. d.  
QVOD  
qui cum  
domini, a  
l. pr. ff. Q  
versus domi  
ed, quod e  
tur. in folio  
o, qui in al

verſa eſt, ab Actore æſtimatur. *d. l. 5. §. 1.*

*Actio Edicti*, quod quiſque JURIS in alium ſtatuerit, ut ipſe eodem jure utatur, datur

*illi*, contra quem jus novum dictum eſt; imo *cuiſcunque*, qui quandoque in ſimili cauſa eum, qui jus novum ſtatuit, aut impetravit, convenit.

*l. 3. §. 2. ff. Quod quiſque juris.*

*Adverſus Magistratum*, qui perfecte jus novum ſtatuit. *l. 1. §. 2. eod.* Aut eum, qui impetravit. *l. 3. pr. eod.*

*Ad id*, ut Magistratus ſtatuens, aut pars impetrans eodem jure in cauſis ſuis utantur. *d. l. 1. §. 3. ff. eod.*

*Actio QVOD JUSSU* datur

*illis*, qui cum ſervo vel filioſam. juffu domini, aut patris contraxerunt.

*l. 1. pr. ff. Quod juffu.*

*Adverſus dominum* aut patrem. *d. l. 1.*

*Ad id*, quod ex contractu inito debetur, in ſolidum. *§. 1. Inſtit. Quod cum eo, qui in alien. pot. §. d. l. 1. pr.*

## L.

*Querela* LÆSIONIS enormis, *vid.*  
*lit. Q.*

\* *Actio* LEGATARIIS datur ex *Testa-*  
*mento*, *vid. lit. T.*

*Actio* LEGATORUM, *seu Edicti*, *si quis*  
*omissa causa testamentaria* ab intestato  
succedere velit, *vid. Succedere.*

\* *Actio* LEGATI piis causis relictæ da-  
tur

*Legatariis & fideicommissariis particu-*  
*laribus,*

*Adversus heredem*, hujusmodi legatum  
*inficiantem*, *vel sine causa ejus soluti-*  
*onem differentem,*

*Ad pœnam dupli. §. 19. 23. & 26. Instit.*  
*de Action.*

\* *Actio Interdicti: QVOD LEGATO-*  
*RUM*, datur

*Heredibus*, bonorumve possessoribus,  
horumque heredibus. *l. 1. §. 3. ff.*  
*Quod Legatorum. Menck. Theor. & Prax.*  
*Pandect. tit. eod. §. 3. Lauterb. Comp. ff.*  
*p. 594.*

*Adver-*

versus legatarium, & huic similem.  
*Menck. d. l. §. 3. Böhmer. Introd. ad Jus  
 Digest. eod. tit. §. 6.* qui propria au-  
 toritate legatam rem ante aditam he-  
 reditatem occupavit. *Böhmer. de Acti-  
 on. S. 2. c. 3. §. 63. Menck. d. §. 3.*

*Id id*, ut legatum ita occupatum resti-  
 tuatur cum omnibus fructibus & in-  
 teresse. *Böhm. d. §. 63. Menck. d. l. §. 3.  
 Lauterb. p. 594.*

*Actio Edicti*, ut LEGATORUM nomi-  
 ne caveatur.

Hæc quidem tanquam Actio ab  
*Oldendorp. in Class. 5. Act. 13.* propo-  
 nitur, sed cum verius sit *Implora-  
 tio Officii Judicis*, ad id tendens,  
 ut caveat heres de eo, quod in  
 Testamento sub conditione, vel  
 in diem relictum, eveniente die,  
 vel conditione præstando. *t. t. Ut  
 Legat. nom. caveat.* ideo hic omiffa.  
*Vid. Habn. ad Wesf. d. tit.*

Sed juxta *Oldend. d. l.* illa *Actio Edicti*,  
 ut LEGATORUM nomine cavea-  
 tur, datur

D 3

Ei,

*Ei, cui quid sub conditione, vel in diem relictum,*

*Adversus eum, a quo aliquid relictum.*

*Ad id, ut tale relictum præstetur. Old. d. l.*

\* *Si cui LEGATUM quid sub conditione non faciendi, datur Actio ad Cautionem Mutianam præstandam. vid. voc. Mutiana.*

\* *Condictio ex LEGE diffamari. vid. voc. Condictio.*

*Actio ex LEGE. vid. Condictio ex Lege.*

*Actio LEGIS AQUILÆ datur*

*Ei, cujus rei nocitum, & quidem Directa soli domino rei. l. ii. §. 6. ff. ad L. Aquil. Utilis etiam aliis, qui jus in re læsa habent. d. l. ii. §. fin.*

*Adversus illum, qui damnum intulit, & quidem si corpore suo in corpus, Directa: si non corpore suo, sed alio modo, corpus tamen corrumpendo, utilis. §. fin. Inst. eod. In factum autem subsidiaria, si neque in corpus, neque corpore damnum datum, sed alio*

alio modo. *Coch. d. l. P. 2. pag. 153.*  
*Lauterb. p. 145. in fin.*

*Id id, ut damnum resarciatur, & quanti res vel eo anno, vel 30. diebus proximis plurimi fuerit, præstetur, §. 9. & 14. Instit. eod. Aut si reus inficiatus fuerit damnum, ad duplum. l. 2. §. 1. ff. eod.*

Actio ex LEGE Rhodia de jactu. *vid. lit. I.*

Actio ad supplendam LEGITIMAM. *vid. Actio Suppletoria.*

LEGITIMA defraudatis ob Donationem datur Actio. *vid. Querela inofficiose donat.*

LEGITIMA defraudatis ob Dotem. *vid. Querela inofficiose Dotis.*

Actio de Eo, quod Testamento LIBER esse jussus ex hereditate jacente furrupuit, aut corrumpit. *vid. Hereditas.*

Actio LIBELLI FAMOSI datur

Si, cui certum ac famosum crimen in scriptis, aut alio singulari modo, ab aliquo, qui nomen suum suppressit, dolose objicitur. *Struv. S. J. C. Exerc.*

48. *rb.* 65. 67. *Lauterb. Compend. ff.*  
p. 671.

*Adversus famosi libelli autorem, cujus  
nomen innotuit.*

*Ad id, ut autor ille arbitrarie, relegati-  
one, fustigatione, aut alias pro cir-  
cumstantiarum diversitate puniatur.*  
*Ludovici doctrin. ff. tit. de Injur. & fa-  
mos. libell. §. 17. Manz. ad Institut. tit. de  
Injur. §. 10. num. 12. 13. 15.*

\* *Actio Interdicti de LIBERIS EXHI-  
BENDIS, datur*

*Patri, qui liberos in potestate habet.*  
*l. 1. §. 14. ff. de liber. exhib. Lauterb. pag.*  
*606. utiliter etiam marito. Mencken.*  
*d. l. tit. de liber. exhib. §. 3. Schæpff. Syn-  
ops. ff. ad eund. tit. n. 3.*

*Adversus quosvis, qui liberos detinent,  
invitos. l. fin. ff. d. t. Böbmer. Introd. ad  
Jus Digest. d. t. §. 2. Utiliter & contra  
eum, qui uxorem invitam detinet.*  
*Menck. d. l. §. 3. Lauterb. p. 607.*

*Ad id, ut liberi exhibeantur, & per-  
mittatur, ut illi abducantur. Menck.*  
*d. §. 2. 3. Böbmer. d. §. 2. Utiliter etiam  
ad*

ad uxorem exhibendam. *Schæpff. d. l. num. 3. Lauterb. p. 607. Struv. S. J. C. Exerc. 55. th. 168.*

*Actio de Statu LIBERTATIS* datur Domino, qui servum vindicat, & suum esse dicit. *l. 7. §. 5. ff. de liberali causa.*

*Adversus* servum, qui se liberum esse contendit. *d. l. 7. §. 5.*

*Ad id*, ut servus declaretur, & servitia domino præstentur. *§. 13. Institut. de Action.*

*Et vice versa:*

*Servo*, qui libertatem sibi asserit, *d. l. 7. §. 5.*

*Adversus* eum, qui se ejus dominum esse contendit.

*Ad id*, ut liber declaretur. *l. 23. ff. eod.*

\* *Actio de LIBERTINITE. conf. Actio de Jure Patronatus.*

\* *Actio* si LIBER esse jussus ex jacente hereditate aliquid surripuit, aut corruptit. *vid. Actio de Eo, quod ex HEREDITATE jacente &c.*

\* *LITEM* suam si Judex fecisse dicatur,

D §

tur,

tur, datur Actio, *vid. Actio male JU-  
DICATI.*

\* Actio ob LITIS impensas, *vid. Condi-  
ctio ex Lege de Sportulis. lit. C.*

\* LITEM ut quis alicui intendat, vel  
non, si quid accepit, datur contra  
eum Actio de Calumniatoribus. *lit. C.*

\* Contra LITIUM Executores aliquan-  
do datur Actio, *vid. Condictio ex Lege  
de Sportulis. lit. C.*

\* Si LITERÆ alienæ sint apertæ & lectæ,  
datur

Ei actio injuriarum, item depositi,  
quin etiam tenetur aperiens & le-  
gens crimen stellionatus, item falsi.  
*Coch. in Pr. For. German. P. 2. voc. Li-  
teræ.*

*Adversus* aperientem & legentem.

*Ad id, quod interest.*

Condictio certi ex LITERIS, *vid. Actio  
Chirographaria.*

Actio LOCATI datur

Locatori, *pr. Instit. Locat.*

*Adversus* conductorem. *d. pr.*

*Ad id, ut mercedem præstet, rem fini-*  
to

to usu restituat. l. 48. §. 1. ff. eod. & damnum dolo, lata vel levi culpa Conductoris datum resarciat. l. 5. §. 2. ff. Commod.

*Actio de eo, quod certo LOCO, datur Illis, quibus aliquid ex causa stricti juris certo loco debetur, l. 2. §. 1. ff. de Eo, quod cert. loc. §. 33. Instit. de Action.*

*Adversus illos, qui ex tali causa certo loco aliquid dare promiserunt, nec tamen id præstiterunt. l. 1. ff. eod. §. l. un. C. Ubi conven. qui cert. loc. dare promis.*

*Ad id, quod ita debetur, alio in loco, facta commemoratione illius loci, ubi præstari debuit, præstandum, salvo interesse Rei vel Actoris. l. 2. pr. ff. eod. §. d. §. 33.*

\* *Actio Interdicti De LOCO PUBLICO FRUENDO, datur*

*Illis, qui conduxit vectigalia publica, ejusve socio. l. 1. ff. de loc. publ. fruend. Böhmer. Introd. ad Jus Digest. d. t.*

*Adversus* illum, qui talem iis frui prohibet. *l. 1. §. 3. ff. d. t.*

*Ad id*, ut secundum legem locationis ipsi liceat iisdem frui. *l. 1. §. fin. ff. d. t. Harfolt. de Action. P. 6. Act. §. 3. n. 5. Böhmer. d. l.*

**Actio Interdicti: NE IN LOCO PUBLICO QUID FIAT, VEL IMMITTATUR, UNDE ALIQUID DAMNI INFERATUR,** datur

*Cuivis ex populo*, *l. 1. ff. de loc. & itin. publ.* præcipue illi, cui nocetur. *l. 2. §. 5. Ne quid in loc. publ. fiat & c. Mencken. Theor. & Prax. Pandect. d. t. §. 1.*

*Adversus* eum, qui damnum qualecunque infert, faciendó quid in loco publico. *Menck. d. l. §. 1.*

*Ad id*, ut opus, dum publico usui noxium est, destruatur. *l. 2. pr. & §. 17. & l. fin. ff. d. t.* Aut si noxium non est, præstetur id, quod interest. *l. 2. §. 34. ff. d. t. Menck. d. l. §. 1.*

\* **Actio Interdicti De LOCO RELIGIOSO, SACRO, SANCTO.** *vid. lit. S.*

\* In

In LUDO victo, item ad LUSUM  
compulso datur Actio, vid. de Aleatori-  
bus Actio.

M.

Si MAGISTRATUS defensionem  
subditorum negligit, datur Implo-  
ratio

*Subditis*, qui negligentiam Magistratus  
ad Superiorem deferre, & per re-  
cursum ejusdem auxilium implorare  
possunt, qui tum subvenire, aut  
mandatis inferiori domino prote-  
ctionem subditorum injungere de-  
bet. *Coch. in Pr. Fori Germ. P. 2. voc.*  
*Magistratus.*

*Adversus Magistratum*, subditorum de-  
fensionem negligentem,

*Ad Superioris auxilium implorandum*;  
qui tum debet subvenire, vel man-  
datis inferiori Magistratui defensionem  
subditorum injungere.

\* Datur etiam Querela

*Subditis* coram Superiori,

*Adversus Magistratum inferiorem*, sub-  
ditos

ditos durius tractantem, vel in eos  
 sævientem.

*Ad* mitigandam ipsius sævitiam. Ob  
 insignem sævitiam mandata S. C. im-  
 petrantur. *Gail. l. 1. O. 17.* & decernun-  
 tur ex officio, si forte præ metu &  
 vi non audent supplicare. *Gail. l. de*  
*P. P. c. 2. num. 22. vid. Coch. d. l.*

*Actio adversus* MAGISTRATUM ob  
 non exactam Satisfactionem a Tutoribus.  
*vid. Actio Subsidiaria.*

### *Actio* MANDATI

*Directa* datur

*Mandanti. l. 8. §. 6. ff. Mandati.*

*Adversus* mandatarium,

*Ad id*, ut mandatum præscripto modo  
 exequatur. § 8. *Instit. Mandat. § l. 22.*  
 §. *fin. eod.* & si quid præterea ex bona  
 fide præstandum, præstet. *l. 20. pr. §*  
*l. 45. pr. ff. eod.*

*Contraria* datur

*Mandatario, l. 12. §. 7. ff. eod.*

*Adversus* mandantem, *d. l. 12. §. 9.*

*Ad* indemnitatem mandati nomine  
 consequendam. *l. 19. §. 9. eod. § d. l. 12.*  
 §. 9. \* *Actio*

*Actio* contra MARITUM, partum non agnoscentem, *vid. Actio de Partu agnoscendo.*

Ex MATRIMONIO oritur Judicium petitorium, quod datur

*sponso, vel Sponse,*

*Adversus desponsatam personam, sed nuptias differentem.*

*Ad id, ut nuptias celebret. vid. Coch. in Prax. For. German. P. 2. voc. Matrimonium.*

*Actio* Quod METUS *causa* datur

*ei, qui propter justum metum læsus.*

*l. 9. §. 3. ff. Quod metus causa.*

*Adversus metum inferentem, & quemcunque rei metu amissæ possessorem. l. 14. §. 5. eod.*

*Ad id, ut rem amissam una cum fructibus restituat. l. 12. pr. eod. & nisi ad arbitrium Judicis restituat, intra annum in quadruplum, post annum in simplex condempnetur. d. l. 14. §. 1.*

*Actio Interdicti De MIGRANDO, datur*

*inquilino, qui, soluta pensione, vult migrare,*

grare, sed a domino ædium impeditur, *Böhmer. de Action. S. 2. c. 4. §. 58*  
*Menck. d. l. tit. de Migrand. §. 1. & in-*  
*quilini heredibus. l. 1. pr. §. fin. ff. d. t.*  
*Lauterb. p. 607.*

*Adversus locatorem ædium, qui inve-*  
*ctas & illatas res abducere impedit*  
*Böhmer. d. l. §. 58. Menck. d. §. 1. & con-*  
*tra ejus heredes. Menck. d. §. 1. Lau-*  
*terb. p. 607.*

*Ad id, ut ne impediatur, quo minus in-*  
*vecta & illata auferantur. Böhmer. d.*  
*l. §. 58. De Usu hodierno vid. Mencken-*  
*d. §. 1. Böhmer. d. §. 58. Idem in Introd.*  
*ad Jus Digest. d. t. §. 2.*

\* **MINORIBUS** modo *Restitutio*, vid. lit. R.  
 modo *Actio Subsidiaria*, vid. lit. S. modo  
*Actio Tutelæ*. vid. lit. T.

\* **MISSUS** in possessionem, vid. voc. *Pos-*  
*sessio*.

**Actio** si **MENSOR** falsum **MODUM**  
 dixerit, datur

*illis*, quorum interest, falsum modum  
 non esse renunciatum. l. 3. §. 1. ff. Si  
*mens. fals. mod.*

*Adver-*

*adversus* mensores agrorum, vini, frumenti, &c. l. 5. §. *fin. eod.* qui dolose falsum modum renunciarunt, d. l. 3.

§. 4. *Utilis* etiam *adversus alios*, qui in modo *sefellerunt*. l. 7. §. 1. *ff. eod.*

*Ad id*, quod interest, *præstandum*. d. l. 3. §. 1.

*Actio Interdicti De MORTUO INFERENDO*, datur

*Ei*, qui prohibetur, mortuum inferre eum in locum, ubi jus inferendi habet. l. 1. *pr. ff. de mort. infer.* Utiliter ei, qui in sepulchrum hereditarium & familiare prohibetur mortuum inferre. *Brunnemann. ad d. l. 1. Böhmer. de Action. S. 2. c. 4. §. 66.*

*Adversus* eum, qui inferre prohibet, & turbat.

*Ad id*, ut ulterius prohibere desinat, impedimentum, si quod fecit, tollat, & interesse præstet. d. l. 1. *pr. We-semb. ad ff. d. t. n. 2. in fin. & n. 3.*

*Actio ex Edicto de MORTUO NON INFERENDO* datur

*Domino loci*, in quem mortuus *illicite* illatus,

illatus, l. 2. §. 1. ff. de religios. & sumt. fun. Utilis etiam aliis, quorum interest, qui jus prohibendi habent. l. 8. ff. eod.

*Adversus* illos, qui mortuum in alienum locum intulerunt. d. l. 2. §. 1. & 2.

*Ad id*, ut aut tollant mortuum, aut loci pretium præstent. l. 7. pr. ff. eod.

*Böbmeri Introd. in Jus Digest. tit. de Religios. §. 7.*

\* MULIERI in possessionem ventris nomine missæ datur *Actio. vid. voc. Possessio.*

\* Ad MUTIANAM *Cautionem* præstandam datur *Imploratio*

*Ei*, ad quem res deficiente conditione pertinet,

*Adversus* eum, cui aliquid relictum est sub conditione non faciendi, quæ ante personæ honoratæ mortem existere nequit. *Coch. d. l. voc. Mutiana. Lauterb. p. m. 526.*

*Ad* præstandam *Cautionem*, se conditionem impleturum, aut quod accepit,

cepit, seu ejus æstimationem, restitu-  
tutum. *Lauterb. d. l. Coch. d. l.*

*Condictio certi ex MUTUO datur*

*Creditori,*

*Adversus debitorem,*

*Ad rem creditam, seu mutuam in eo-  
dem genere, eademque quantitate,  
& qualitate reddendam. pr. Instit.*

*Quib. mod. re contr. oblig. l. 2. pr. & l. 3.  
ff. de reb. cred.*

## N.

*Actio de Raptis in NAUFRAGIO, NA-  
VIque expugnata. vid. lit. R.*

*Actiones Edicti NAUTÆ, CAUPO-  
NES, & STABULARII, ut recepta  
restituant, vid. Actio de Recepto. Item*

*Actio de Damno in navi, caupona, vel  
stabulo dato.*

*Actio NEGATORIA*

*Directa datur*

*Domino, qui servitutem in prædio suo  
alteri constitutam, negat, l. 5. pr. ff.*

*Si ususfr. pet.*

*Adversus quemcunque servitute uten-  
tem;*

tem, & ita alterius libertatem impedi-  
entem, l. 10. §. 1. ff. si servit. vindic.

*Ad id*, ut prædium liberum declare-  
tur, reoque ulterior turbatio inter-  
dicatur, l. 4. §. pen. ff. eod. præstita  
eo nomine cautione, l. 7. ff. eod. &  
refuso interesse. l. 4. §. 2. in fin. eod.

*Utilis datur*

*Quasi-domino*, v. g. *Emphyteutæ*, *super-*  
*ficiario*, &c. l. 16. ff. de Servitut. Imo  
*hodie* etiam illis, qui jus aliquod,  
quod non est servitus, aliis in re sua  
competere negant. arg. c. 26. X. de  
*Decim.*

*Adversus illos*, qui tale jus prætendunt,  
d. l. 10. §. 1.

*Ad id*, ut jus illud eis non competere  
declaretur, ideoque illius usus in-  
terdicatur, prout dictum in *Actione*  
*directa.*

### **ACTIO NEGOTIORUM GESTO-** **RUM**

*Directa*, datur

*Domino*, cujus ignorantis negotium ge-  
stum, §. 1. *Instit. de Oblig. quæ ex quasi*  
*contr.*

*Adver-*

*Adversus gestorem. l. 2. ff. de negot. gest.*  
*Ad id, ut rationes reddat, d. l. 2. quod*  
*ex gestione ad ipsum pervenit, re-*  
*stituat, l. 23. & 28. ff. eod. & damna*  
*culpa data præstet. l. 2. C. eod.*

*Contraria datur*

*Gestori*

*Adversus dominum, d. l. 2.*

*Ad indemnitatem ratione negotii ge-*  
*sti consequendam. l. 19. §. pen. ff. eod.*

*Actio NOXALIS datur*

*Illis; qui ex privatis servorum delictis*  
*sine culpa domini sunt læsi, l. 2. 3. & 4.*  
*ff. de noxal. act. §. 4. Inst. eod.*

*Adversus illos, qui tempore Actionis*  
*movendæ servorum noxiorum do-*  
*mini sunt, vel illos dominorum o-*  
*pinione possident, l. 11. 12. & 13. §. 1.*  
*ff. eod.*

*Ad id, ut vel damnum resarciant, vel*  
*servum noxæ dedant. pr. Inst. eod.*

*Actio Edicti de NUNCIATIONE NO-*  
*VI OPERIS datur*

*Illis, qui nunciavit novum opus. l. 2.*  
*pr. ff.*



*pr. ff. de Oper. nov. nunciat. Böhmeri Tr. de Action. S. 2. C. 4. §. 43. 44.*

*Adversus illum, qui spreta nunciacione nihilominus opus continuavit, aut factum ratum habuit. d. l. 20. §. 7.*

*Ad id, ut opus, quod post legitimam nunciacionem factum est, destruat. d. l. 20. §. 1. & 3. Böhmer. d. l. §. 45.*

\* **NULLITATIS QVERELA.** *vid. lit. Q.*

## O.

**Actio ONERIS AVERSI** datur

*Illi, qui onus, v. g. frumentum, &c. vehendum alii locavit. l. 31. ff. locat.*

*Adversus illum, qui vehendum condixit, nautam, seu aurigam, sed avertit, id est, alio vertit, seu surripuit. d. l. 31.*

*Ad duplum, instar Actionis furti. Vid. Vultej. ad Instit. pr. de Locat. n. 15. Gothofred. in not. ad l. 31. lit. g.*

**Actio Edicti de OPERIS NOVI NUNCIATIONE,** *vid. Nunciatio.*

P. **Actio**

## P.

*Actio ex PACTO*, datur

*Pacifcenti*, seu cui aliquid promissum est,

*Adversus eum*, qui *inimico se obligandi* sciens & volens aliquid promisit. *c. 1.*

*X. de Pact.*

*Ad id*, quod promissum, præstandum,

*c. 3. eod.* Et quidem si *rei datio* promissa, ad rem *precise* dandam, *l. 75.*

*§. fin. ff. de V. O.* Sin *factum*, ad hoc præstandum, aut interesse, *l. 72. pr. eod.*

*Actio ad PALINODIAM*, seu *Recantatoria*, datur

*Illis*, qui injuriam verbalem sunt passi,

*Adversus illos*, qui talem injuriam intulerunt, vel per se, vel per alios, *§. II.*

*Instit. de Injur.*

*Ad id*, ut dicta famosa reclamant, & a se injuste prolata fateantur, læsamque quodammodo existimationem *Actori* aperte restituant.

\* *Actio*

\* *Actio* PARENTIBUS datur contra  
liberos de *Filiatione*, *vid. lit. F.*

*Actio* de PARTU AGNOSCENDO  
datur

*Uxori*, *l. 1. §. 1. ff. de agnos. & alend. liber.*

*Adversus* maritum,

*Ad id*, ut partum ex se editum, tan-  
quam suum & legitimum, agnoscat,  
& alat. *tot. tit. dict.*

*Actio* de PASTU PECORIS datur

*Ei*, cujus interest,

*Adversus* dominum animalis, quod de-  
pascendo alienos fructus *sine culpa*  
*hominis* damnum dedit, *vid. l. ult. C.*  
*de L. Aquil.*

*Ad id*, ut aut damnum resarciat, aut  
animal noxæ dedat. *l. 14. §. fin. ff. de*  
*Præscr. verb.*

*Actio* de jure PATRONATUS; seu  
*Ingenuitate*, datur

*Patrono*, *l. 6. in fin. ff. Si ingen. esse dic.*

*Adversus* libertum, qui se pro ingenuo  
gerit, & ob id officia detrectat. *d. l. 6.*

*Ad declarandum* jus patronatus. *§. 13.*  
*Instit. de Action.*

Et

Et vicissim

*Liberto*, qui, ingenuum se esse, asserit,  
l. 2. §. 1. ff. *Si ingen. esse dic.*

*Adversus patronum*, qui falso se talem  
asseverat.

*Ad declarandum jus ingenuitatis. dict.*  
*text.*

*Actio PATRONO* aliquando *Favian*  
*na* datur. *vid. lit. F. item Calvisiana,*  
*vid. lit. C.*

*Actio PAULIANA*, seu *Revocatoria*,  
datur

*creditoribus*, in quorum fraudem debi-  
tor bona sua alienavit. l. 1. & l. 10. ff.  
*Quae in fraud. Credit.*

*Adversus ipsum debitorem defraudan-*  
*tem. l. fin. §. fin. ff. eod.* aut alios bo-  
norum fraudulentè alienatorum  
possessores. §. 6. *Inst. de Action.*

*Ad id*, ut ita alienata, rescissa alienati-  
one, perinde ac si nunquam aliena-  
ta fuissent, restituantur, l. 10. §. 22.  
ff. *Eod. cum omni causa & accessio-*  
*ne. d. l. 10. §. 19.*

*Actio de PAUPERIE* datur

E

Ei,

*Ei, cui damnum ab alieno animali contra naturam sui generis, proprio motu, sine hominis culpa datum. pr. Instit. Si quadrup. paup. fec. dic. l. 1. §. 4. & 7. ff. Eod. aut cuius interest. l. 2. pr. ff. Eod.*

*Adversus illum, qui tempore Actionis instituendæ dominus est animalis. l. 1. §. 12. Eod. aut pro domino id possidet. arg. l. 12. ff. de Noxal. act.*

*Ad id, ut aut animal noxæ dedatur, aut damnum refarciatur. d. pr. Instit. & l. 1. pr. ff. Si quadrup. paup.*

*Actio de PECULIO datur*

*Illis, qui cum servo, vel filiofam. de servili, vel profectitio peculio contraxerunt, l. 3. §. 5. seqq. ff. de Pecul.*

*Adversus dominum, vel patrem. §. 10. Instit. de Action.*

*Ad id, quod secundum cuiusque contractus naturam debetur, præstandum, pro quantitate peculii. d. §. 10.*

*\* Actio de PECUNIA constituta, vid. lit. C.*

*Actio*

*Prescrip  
TIONE, dat  
qui rem pro  
ermutandu  
runt.*

*ysus eum, q  
en suam vic  
d, ut & ip  
adit, l. 4. &  
terest, præf*

*ITIO HER  
PIGNOR.*

*tra datur  
ari, qui pig  
quib. mod. re*

*ysus creditor  
estituendum  
us. d. §. 1.*

*m omni cau  
ff. l. 1. 2.  
ipa datum*

*aria datur  
ari, l. 9. §. 1.  
ysus debitor  
indammitate*

*Actio Præscriptis Verbis ex PERMUTA-  
TIONE, datur*

*Ei, qui rem propriam & sanam, animo  
permutandi dedit. l. fin. ff. de rer.  
permut.*

*Adversus eum, qui rem accepit, nec ta-  
men suam vicissim dedit, l. 6. C. eod.*

*Ad id, ut & ipse rem a se promissam  
tradat, l. 4. & fin. C. eod. aut id, quod  
interest, præstet. l. 1. C. eod.*

PETITIO HEREDITATIS, *vid. lit. H.*

*Actio PIGNORATITIA*

*Directa datur*

*Debitori, qui pignus dedit. §. fin. Instit.*

*Quib. mod. re contr. Obligat.*

*Adversus creditorem, qui accepit, d. §.*

*Ad restituendum, soluto debito, pi-  
gnus. d. §. & l. 9. §. 3. ff. de Pignor. act.  
cum omni causa & accessione. l. 6. §.  
ult. ff. l. 1. 2. & 3. C. eod. damnumque  
culpa datum resarciendum. d. §. fin.*

*Contraria datur*

*Creditori, l. 9. §. 1. ff. de Pignor. act.*

*Adversus debitorem, l. 19. §. 1. eod.*

*Ad indemnitatem pignoris nomine*

E 2

confe-

consequendam. *l. 8. pr. l. 9. pr. & pas-  
sim ff. eod.*

**Actio PLUVIÆ ARCENDÆ**, *videtur  
Aqua pluvia.*

**Actio POPULARIS** datur

*Cuius de populo, l. 43. §. 2. ff. de Pro-  
cur. modo integræ sit opinionis. l. 4  
ff. de popul. act.*

*Adversus illum, qui tale quid commi-  
sit, quo jus populi læditur, arg. l. 1.  
eod.*

*Ad pœnam statutam irrogandam, &  
actori applicandam. l. 3. pr. ff. de se-  
pulchr. violat. & l. 12. ff. de V. S.*

**Actio de POSITO**, vel *Suspensio*, datur  
*Cuilibet de populo, l. 5. §. fin. ff. de his,  
qui effud. vel dejec.*

*Adversus illum, qui in ædibus suis ali-  
quid positum, vel suspensum habet  
quod, si ceciderit, posset in loco,  
ubi vulgo iter fit, nocere, d. l. 5. §.  
7. & 11.*

*Ad pœnam X. aureorum. §. 1. Instit. de  
Obligat. quæ ex del. nasc.*

**Actio Edicti: Si Mulier ventris nomine in**  
POSSES-

**POSSESSIONE** *calumnia causa esse dicatur, datur*

*Ei, cujus interest, mulierem non fuisse in possessionem missam. l. un. §. 6. ff. Si mul. ventr. nom.*

*Adversus mulierem, quæ per calumniam, falso scil. se prænantem dicendo, in possessionem venit, d. l. un. §. 2. Aut patrem ejus, qui passus fuit, ut per calumniam in possessionem veniret. d. l. un. §. 5.*

*Ad id, quod interest. d. l. un. §. 4. & 7.*

*Actio Edicti: Si mulier ventris nomine in POSSESSIONEM missa, eandem possessionem dolo in aliquem transtulerit, datur*

*Ei, cujus interest; Et sic cuicumque successuro. l. un. §. 8. & 9. ff. si mul. ventr. nom. in poss. calumn. imo etiam legatario. d. l. un. §. 10.*

*Adversus mulierem, vel eum, in cujus potestate est, si dolo ipsorum possessio in alium translata. l. 1. §. 1. ff. si ventr. nom. mul.*

*Ad id, quod interest, possessionem*

non fuisse translata. *d. l. 1. §. 1. ff. in fin.*

*Actio Edicti: Quod cum eo, qui in aliena POTESTATE est, negotium gestum esse dicetur, datur*

*Illi, qui cum filiofamilias in potestate patris constituto, contraxit, l. 2. §. pr. Instit. Quod cum eo, qui in al. pot.*

*Adversus filiumfam. qui emancipatione, vel alio modo sui juris factus. d. l. 2. §. 1. & nihil ex bonis paternis fuit consecutus. d. l. 2. pr.*

*Ad id, quod ex contractu debetur, præstandum, in quantum facere potest. d. l. 2. pr. in fin.*

*Actio PRÆJUDICIALIS, datur*

*Illi, qui statum aliquem, seu conditionem civilem, v. g. libertatis, sibi competere asserit. l. fin. ff. Si ingen. esse dic.*

*Adversus negantem. l. 10. ff. de liber. caus. & l. 14. ff. de probat.*

*Ad declarandum illum statum. d. l. fin.*

*Actio PRÆSCRIPTIS VERBIS datur*

*Ei, qui aliquid dedit, aut fecit, ut alter vicissim*

vicissim aliquid daret, aut faceret.

*l. 7. §. 2. ff. de Pact.*

*Adversus* eum, cui aliquid dedit, aut fecit, quique fidem datam non implevit, *t. t. ff. de Præscr. verb.*

*Ad id*, ut fides data impleatur, aut id, quod interest, præstetur. *l. 5. §. 1. ff. eod.*

**Actio PRÆSCRIPTIS VERBIS** *Æstimatoria, vid. lit. A.*

**Actio PRÆSCRIPTIS VERBIS** *ex Permutatione, vid. supr. Permutatio.*

\* **Actio ex PRECARIO**, seu *interdictum, seu Actio interdicti de Precario, datur*

*Ei, qui precarium concessit. Lauterb. Compend. ff. p. 606. Oldend. class. 4. Act. 16. num. 5. Ejusque heredibus. num. 7. Struv. S. 7. C. Ex. 45. th. 159.*

*Adversus precarium habentem; item contra eum, qui dolo desit habere, item contra heredes. Lauterbach. d. l. Struv. d. l. th. 160.*

*Ad præstandam rem cum omni damno. d. l. Struv. d. l. th. 161. præstatur hic*

tantum dolus & lata culpa, post moram etiam casus fortuitus, & fructus percepti petuntur. *Lauterbach. d. l.*

\* *Actio ex PROMISSO, vid. Actio ex Pacto. item Actio ex Stipulatu.*

\* *Ex Jure PROTIMISEOS Actio, vid. Actio REDHIBITORIA, ex Jure Retractus.*

### *Actio PRO - TUTELÆ*

*Directa datur*

*Pupillo, l. 1. §. 6. ff. de Eo, qui pro tutor.*

*Adversus eum, qui pro Tutore negotia ejus gessit, d. l. 1. §. 1. & 3.*

*Ad id, ut ratione reddita, reliqua una cum usuris præstet. d. l. 1. §. 8. & damna, culpa data, refarciat. l. 4. ff. eod.*

*Contraria datur*

*Ei, qui pro Tutore negotia pupilli gessit,*

*Adversus pupillum,*

*Ad indemnitatem gestorum nomine consequendam. l. fin. ff. eod.*

*Actio - Edicti contra PUBLICANOS, datur*

*Viato-*

*riatoribus*, qui vectigal injuste exfol-  
verunt, *l. 9. §. 5. ff. de Publican. &*  
*Vectig.*

*Adversus publicanum*, ejusque familiam.  
*l. 1. pr. eod.*

*Ad id*, ut, si aliquid per vim illicite exe-  
gerint, in *quadruplum*, *l. 9. §. 5. eod.*  
Si sine vi, in *duplum*, *d. l. 1.* Si autem  
aliquid vi rapuerint, aut furtum  
damnumve fecerint, intra annum  
in *duplum*, post annum in *simpulum*  
condemnentur, *d. l. 1. pr.*

*Actio PUBLICIANA* datur

*illi*, qui rem non vitiosam a non Do-  
mino traditam, bona fide & justo  
titulo accepit, eamque, usucapione  
nondum impleta, iterum amisit. *§.*  
*4. Instit. de Action. l. 1. pr. ff. de Public,*  
*Act.*

*Adversus quemcunque infirmiore jure*  
posidentem, *l. 9. §. 4. & leg. fin. in*  
*fin. ff. eod.*

*Ad id*, ut illa res, perinde ac si usu-  
capta esset, restituatur. *d. §. 4. Instit.*  
*de Action.*

*Actio* QUASI PUBLICIANA, seu Re-  
scissoria. *vid. R.*

\* PUPILLO aliquando datur *Actio*  
*Tutela, vid. lit. T.* aliquando *Actio, quod*  
*Tutore falso authore gestum. vid. lit.*  
*T.* aliquando *Actio de Rationibus di-*  
*strahendis. vid. lit. R.* aliquando *Resti-*  
*tutio. vid. lit. R.*

## Q.

*Actio, si* QUADRUPES PAUPERI-  
EM fecisse dicatur. *vid. Actio de Pau-*  
*perie.*

*Actio* QUANTI MINORIS, seu *Æsti-*  
*matoria, datur*

*Emtori, omnibusque, ad quos ea res*  
*pertinet. l. 19. §. 5. ff. de Ædilis,*  
*Edict.*

*Adversus* venditorem, qui pro inæqua-  
li pretio rem vitiosam vendidit,  
*l. 38. pr. & l. 61. ff. eod.*

*Ad id, ut tantum de pretio restituat,*  
*quanto minoris emtor emisset, si*  
*rei conditionem, aut vitium scivif-*  
*set. d. l. 61.*

*Actio*

Actio QUASI FAVIANA, *vid. lit.*

F.

Actio QUASI PUBLICIANA, seu *Rescissoria. vid. lit. R.*

Actio QUASI SERVIANA, *vid. lit. S.*

QUERELA ENORMIS LÆSIONIS, seu *Condictio ex L. 2. Cod. de Rescind. vendit. datur*

*Tam Emptori, quam venditori, ultra dimidium justæ æstimationis læsis. d. l. 2. Imo cuicumque contrahenti, qui duplo dedit, quam accepit, arg. l. 32. ff. ad Leg. Aquil.*

*Adversus illos, a quibus quis ita læsus. d. l. 1.*

*Ad id, ut aut suppleatur id, quod deest justo pretio, vel valori, aut contractus rescindatur. d. l. 2. C. de Rescind. vendit.*

QUERELA INOFFICIOSÆ DONATIONIS, datur

*Liberis, Parentibus, Fratribus, ob immodicam donationem legitima defraudatis. t. t. Cod. de Inoffic. donat.*



*Adversus* donatarios, in quos collata est inofficiosa donatio. *d. tit.*

*Ad id*, ut donatio rescindatur, & legitima, aut quod illi deest, restituatur. *l. 2. §. 8. pr. C. eod.*

### QUERELA INOFFICIOSÆ DOTIS, datur

*Liberis*, qui immodica dotis constitutione, vel a *matre secundo marito facta*, vel *alias uni ex liberis*, legitima sunt defraudati. *l. un. C. de Inoff. dot.*

*Adversus* illum, qui dotem immodicam accepit.

*Ad id*, ut dotis constitutio rescindatur, simulque legitima restituatur. *d. l. un.*

### QUERELA INOFFICIOSI TESTAMENTI, datur

*Liberis*, parentibus, *l. 15. pr. ff. de Inoffic. testam.* & fratribus (si scil. *bis persona turpis*, aut *levi macula laborans prelati*, *l. 27. C. eod.*) rite quidem, sed inique in testamento exheredatis, aut

aut præteritis. *l. 8. §. 2. ff. de Bon. possess. contr. tab. Nov. 115. c. 3.*

*Adversus heredes testamento institutos, cum hereditatem adierunt. l. 8. §. 2. & 10. ff. de Inoffic. testam. aut illos, qui heredum locum sustinent, v. g. Fiscum, l. 10. C. eod.*

*Ad id, ut Testamentum, tanquam inofficiosum, rescindatur, & querenti, ut proximo heredi, hereditas adjudicetur. l. 8. §. 16. & l. 21. §. 2. ff. eod.*

\* **QUERELA**, seu *Remedium NULLITATIS notoria*, datur

*Ei, qui per Sententiam, (item Decretum, aliumve actum judiciale) ipso jure non subsistentem, est gravatus. Luder. Mencke in Theor. & Prax. Pandect. tit. Quæ sentent. sine Appell. rescind. th. 62.*

*Adversus eum, qui ita nulliter pronunciavit, ac pronunciari curavit. Blum. in Supplicat. Cameral. Tit. 16. p. m. 640. 641. Mev. Part. 2. Dec. 374. num. 7. & P. 5. Dec. 138.*

E 7

Ad

*Ad id, ut Sententia illa declaretur irrita & nulla. Blum. in Proc. Cameral. tit. 56. num. 14. Gail. I. Observat. 42. num. 7.*

*Actio QUOD METUS CAUSA, vid. lit. M.*

*Actio QUOD JUSSU, vid. lit. I.*

## R.

*Actio RAPINÆ, seu Vi bonorum raptorum. vid. lit. V.*

*Actio de RAPTIS aut corruptis, in INCENDIO, RUINA, NAUFRA- SIO, rate, naveque expugnata, datur Omnibus, quorum interest. arg. l. 2. §. 22. ff. Vi bon. rapt.*

*Adversus illos, qui occasione incendii, ruinae, naufragii, &c. aliquid dolose furripuerunt, aut corruerunt. l. 3. §. 3. & 4. ff. incend. ruin. naufr.*

*Ad quadruplum intra annum, post annum vero in simplum. l. 1. princ. eod.*

*Actio de RATIONIBUS DISTRA- HENDIS datur*

*Pupillo,*

*Adversus*

*Adversus Tutorem, qui ex bonis pupilli durante tutela aliquid abstulit, & in rationes non retulit, l. 1. §. 19. & 22. l. 2. pr. ff. de Tut. & rat. distrab.*

*Ad duplum veri pretii rei ablatae. d. l. 1. §. 22. & l. 2. §. fin. eod.*

*Actio RECANTATORIA, vid. Actio ad Palinodiam.*

*Actio RECEPITIA,*

*Olim dabatur*

*Illis, quibus Argentarii sponderant, i. e. solenniter promiserant, se hoc, vel illud soluturos.*

*Adversus Argentarios,*

*Ad id, quod se soluturos receperant, praestandum, l. 2. C. de Constit. pecun.*

*Hodie sublata, & in Actionem constitutae pecuniae transfusa. §. 8. Instit. de Action.*

*Actio de RECEPTO datur*

*Vectoribus aut viatoribus, qui res in navim, cauponam, vel stabulum intulerunt, l. 1. §. 1. ff. Naut. Caupon. & Stabul.*

*Adversus Exercitores navium, cauponarum,*

narum, vel stabulorum, qui res receperunt. *d. l. 1. §. 2. 3. & 5.*

*Ad id, ut salvæ restituantur, & damnum cujuslibet culpa contingens præstetur. l. 2. §. 1. eod. & d. l. 1. §. 7.*

\* RECONVENTIO est *Actio*, quæ datur

*Reo,*

*Adversus Actorem, coram eodem Judice, & in eodem judicio super eadem vel diversa causa.*

*Ad id, ut e contrario, quod sibi debetur, consequatur. Hopp. Exam. Instit. de Satisd. qu. 14. p. 513.*

*Actio REDHIBITORIA* datur

*Emtori rei vitiosæ, omnibusque aliis, ad quos ea res pertinet, l. 1. §. 1. & l. 19. §. 5. ff. de Edil. Edict.*

*Adversus venditorem ejus rei, l. 28. & seqq. eod.*

*Ad id, ut illam, restituto pretio, recipiat. l. 23. §. 1. & 7. ff. eod. atque si vitium sciverit, interesse præstet. l. 13. pr. ff. de Act. Emt. Sin contumax fuerit, duplum solvat, l. 48. ff. de Edilit. Edict.*

*Actio*

*Actio* REDHIBITORIA EX JURE  
RETRACTUS datur

*illi*, cui *Lege* vel *consuetudine* (*nam si*  
*conventionem, Actio Venditi locum ha-*  
*bet, l. 75. ff. de Contrab. emt.*) potestas  
competit, rem venditam retrahen-  
di, v.g. *proximo consanguineo, vicino,*  
&c. *5. Feud. 14.*

*Adversus* quemcunque possessorem rei  
retractui obnoxia. *arg. l. 56. ff. eod.*

*Ad id*, ut illa res cum ista conditione  
& jure, cum quo ad possessionem  
transiit, sine ullo onere aut nexu,  
quam forsitan possessor isti impo-  
suit, restituatur. *d. 5. F. 14.*

Conditio ex Can. REDINTEGRAN-  
DA, datur

*Omni illi*, qui injuste sua possessione ex-  
cidit. *Casp. Ziegler. ad Can. Redinte-*  
*grand. 3. C. 3. qu. 1. p. m. 177. §. 7. p. 178.*  
*§. 8. p. 179. §. 10. p. 180. §. 14. Böbmer. de*  
*Action. S. 2. c. 4. §. 40. Ejusque here-*  
*di. Ziegler. d. l. p. m. 178. §. 9.*

*Adversus quemlibet*, qui vi aliquem de-  
jecit sua possessione. *Böbmer. d. l. §.*

40. Ziegler. d. l. p. m. 181. §. 1. five possideat, five dolo malo desierit possidere. Ziegler. d. l. p. m. 181. §. 1. Eiusdem heredem. Ziegler. d. l. p. m. 183. §. 7. p. 197. §. 5. non contra tertium possessorem. Ziegler. d. l. p. 185. §. 11.

*Ad id, ut agens restituatur in omne id, quod ipsi ex deiectione & spoliatione facta abest.* Ziegler. d. l. p. m. 196. §. 1. una cum fructibus, & omni causa. Ziegler. d. l. §. 2. 3. Coincidit hæc Condictio cum Interdicto UNDE VI. *vid. lit. V.*

#### REI VINDICATIO datur

*Domino, l. 23. pr. ff. de R. V.* Utilis etiam quasi Dominis, v. g. Superficiario &c. l. 73. §. 1. ff. eod. & quibusdam aliis. l. 5. §. 3. eod. l. 30. ff. de donat. mort. caus.

*Adversus possessorem rei corporalis.* l. 36. pr. & l. fin. de R. V.

*Ad id, ut ejus rei Dominus declaretur, eaque sibi a detinente restituatur.* l. 9. ff. eod.

#### REI VINDICATIO EMPHYTEV- TICA-

TICARIA, feu *Ager Vectigalis*, vid.  
lit. V.

REI UXORIÆ Actio

*olim* competebat

*uxori*, etiamsi dotem sibi reddi non  
fuiſſet ſtipulata. *l. un. C. de Rei uxor.*  
*act.*

*Adverſus* maritum,

*Ad* res dotales repetendas. *d. l. un.*

*Hodie* ſublata, & in Actionem ex ſtipu-  
latu de dote repetenda transfuſa.

Actio Interdicti De RELIGIOSIS, vid.  
lit. S.

Actio Interdicti de REMISSIONIBUS,  
datur

Ei, cui novum opus nunciatum eſt.  
*l. un. §. 1. ff. de remiſſion. Menck. d. l. ad*  
*eund. tit. §. 1.*

*Adverſus* nunciantem. *Schæpff. Synopf. d. t.*  
*num. 1. Menck d. l. §. 1.*

*Ad id*, ut remittatur prohibitio novi  
operis, & opus facienti vis non fiat.  
*Schæpff. d. l. num. 1. Menck. d. §. 1.*

Actio de in REM VERSO datur  
*illis*, qui cum ſervo, vel filioſam. con-  
traxe-



traxerunt. §. 4. *Inst. Quod cum eo, qui in al. pot.*

*Adversus* dominum, vel patrem, in quorum rem aliquid ex ejusmodi contractu versum, d. §. 4.

*Ad id*, quod ex eo contractu debetur, in quantum versum, præstandum, l. 10. §. 4. ff. *de in rem vers.*

**Actio RERUM AMOTARUM**, vid. lit. A.

**Actio RESCISSORIA**, *Restitutoria*, seu *Quasi-Publiciana*, datur

*Ill*i, cujus res ob absentiam suam, *justam* scil. & *necessariam*, l. 26. §. *fin.* & l. 28. *pr. ff. Ex quib. caus. maj.* aut alterius, *indistincte*, l. 21. §. 1. *Eod. usucapta. §. 5. Instit. de Action.*

*Adversus* quemcunque illius rei possessorem. l. 30. ff. *Ex quib. caus. maj.*

*Ad id*, ut res usucapta, rescissa adversarii usucapione, perinde ac si usucapta non fuisset, restituatur. d. §. 5.

\* **RESTITUTORIA** etiam dicitur *Actio*, quæ alias vocatur *Rescissoria*. vid. paulo ante.

\* *Actio*

*Actio* RESTITUTORIA etiam dicitur, quando Mulier intercedens pro alio veterem obligationem suscipit. Tum enim liberatur ea SC. Vellejano, & pristina Actio in veterem debitorem restituitur, quæ ideo *restitutoria* dicitur. *l. 8. §. 13. ff. ad SCt. Vellej. Cujac. Lib. 16. Obs. 27.*

RESTITUTIO OB ÆTATEM minorem datur

*Minoribus* 25. annis, ætatis facilitate, aut adversarii malitia læsis. *l. 1. pr. & §. seqq. ff. de Minor.*

*Adversus* illos, cum quibus minori negotium intercessit. *l. 13. §. ult. ff. eod.*

*Ad id*, ut omnia in pristinum statum ponantur, & minor indemnis fervetur. *d. l. 1. §. 1.*

Etiam hæc Restitutio *proprie* non est Actio, sed tantum imploratio Officii Judicis. *l. 24. §. fin. ff. eod.*

\* *Ex* RETRACTUS JURE datur etiam *Actio Reddibitoria*.

*Actio* REVOCATORIA, seu *Pauliana*.  
*vid. lit. P.*

*Actio*

*Actio* REVOCATORIA DONATIONIS datur*Soli donatori, l. 1. Et fin. Cod. de Revoc. donat.**Adversus, donatarium ingratum. dd. § L.**Ad res donatas, tempore quaestionis apud donatarium existentes, revocandas. l. 7. C. Eod.*\* REUS in jus vocatus si injuste exemptus, datur quaedam *Actio* vid. lit. I.\* *Actio interdicti* de RIPA MUNIENDA datur*Ei, qui in flumine publico, ripave ejus, opus facere, ripæ agrive, qui circa ripam est, tuendi causa, intendit, ex quo navigatio non fit deterior. Menk. Theor. Et Prax. Pandect. tit. de Ripa muniend. §. 1. Böhmer. de Action. S. 2. c. 4. §. 82.**Adversus eum, qui prohibet. Menck. d. l. §. 1. Böhmer. d. l. §. 82.**Ad id, ut, cautione damni infecti præstita, desinat prohibitio. Herfolt. de Action. P. 6. Act. 61. n. 4. Böhmer. d. l. §. 82.*

§. 82.

§. 82. *Idem. in Introd. ad Jus Digest. tit. de Ripa muniend.*

*Actio Interdicti De RIVIS datur*

*Quasi possessori, qui priore ætate, aut eodem anno, non vitiose ab adversario æquæductu usus est, l. 1. pr.*

*§. 9. & l. fin. ff. de Rivis. Lauterb. p.*

*602. & aquæductus gratia reficere aut purgare vult rivos, specus, septa.*

*d. l. 1. pr. Böhmer. de Action. Sect. 2. c.*

*4. §. 26. Menck. d. l. tit. de Rivis. §. 1.*

*Mindan. de Interdict. P. 2. tit. 12. num.*

*16. 17. 18. Utiliter ei, qui fossam, pu-*

*teum aut canales reficere aut pur-*

*gare intendit. Menck. d. l. §. 1. Mindan.*

*d. l. n. 28. Et cautionem damni in-*

*fecti præstare promittit. l. 2. §. 9.*

*ff. d. t. Menck. d. §. 1.*

*Adversus eum, qui refectionem impe-*

*dit, & turbat, Böhmer. de Action. S. 2.*

*c. 4. §. 26. Menck. d. §. 1.*

*Ad id, ut aquæ ducendæ causa resectio*

*& purgatio rivi, specus &c. admit-*

*tatur, simulque interesse, & cautio*

*de*

de non amplius turbando præstetur.  
*Menck. d. l. §. 1. Böhmer. d. §. 26.*

\* RUINÆ occasione si quid furrripia-  
 tur, vel corrumpatur, datur *Actio*,  
 vid. *Actio de Raptis.*

\* Qui RUSTICOS detinet, contra  
 eum datur Interdictum. *Vid. Hopp.*  
*Exam. Instit. p. 536. qu. 13.*

\* *Actio Interdicti*: Ne in SACRO LO-  
 CO QUID FIAT, aut IMMIT-  
 TATUR, datur

*Cuilibet ex populo. l. 10. C. de Episc. & Cle-  
 ric. l. 14. §. Sane. C. de SS. Eccles. præ-  
 cipue illi, cui cura ædis, locorumque  
 sacrorum mandata est. Böhmer. de  
 Actio. S. 2. c. 4. §. 62.*

*Contra eum, qui in loco sacro, sancto,  
 vel religioso aliquid facit, vel in eum  
 deformitatis, seu incommoditatis  
 causa immisit, l. 1. §. 2. ff. Ne quid in  
 loc. sacr. Menck. Theor. & Prax. Pand.  
 d. l. §. 1. 2.*

*Ad id, ut temerator loci sacri, sancti  
 vel religiosi a facto resistat, & quod  
 immisit, aut fecit, tollat, l. 2. §. 19. d. 1.  
 Menck.*

*Menck. d. l. §. 2. atque sic locum illum in pristinam commoditatem, omnibus deservientem, restituat. Oldend. de Action. Clas. 2. Act. 9. n. 3. Menck. d. l. §. 2. ubi monstrat hodiernum usum.*

*Actio in factum ex Interdicto SALVIANO datur*

*locatori prædii rustici. §. 3. Instit. de Interdict. Utiliter & locatori prædii urbani, & cuicumque creditori hypothecario. Böbmer. Introd. ad Jus Digest. tit. de Salvian. Interd. §. 1. Idem de Action. S. 2. c. 3. §. 101. Herfolt. de Action. P. 6. Act. 93. n. 6. Menck. d. l. tit. de Salvian. Interd. §. 1.*

*versus conductorem prædii rustici, d. §. 3. Instit. de Interdict. Treutler. Vol. 2. disp. 25. th. 2. lit. e. f. ibique Bachov. Utiliter etiam contra tertium possessorem, qui ab oppignorante causam habet, Menck. d. l. §. 1. Mindan. de Interd. P. 2. tit. 17. num. 14. Habn. ad Wesemb. ff. de Salv. Interd. num. 3.*

*Id, ut rerum pro pensione & damno in re locata dato, oppignoratarum*

F

posses-

in possessio præstetur. §. 3. *Instit. d. l. Herfolt. d. l. n. 6.*

*Actio adversus Magistratum ob non exactam*  
**SATISDACTIONEM a Tutoribus.**  
*vid. infra Actio subsidiaria.*

\* **Ob SENATUSCONSULT. VEL  
 LEJANUM** datur Mulieri Actio re-  
 titutoria, *vid. lit. R.*

*Actio ex SENATU. SILANIANO*  
 datur

*Civis de populo, l. 25. §. 2. ff. ad SC.*  
*Silan.*

*Adversus eum, cui nihil in testamento*  
*relictum, sciens tamen publicavit,*  
*aut descripsit testamentum vi occisi,*  
*antequam de familia ejus quæstio*  
*haberetur. d. l. 25. §. 2. & l. 1. pr. & §.*  
*seqq. eod.*

*Ad pœnam C. aureorum, inter actorem*  
*& Fiscum dividendam. d. l. 25. §. 2.*

\* **SENTENTIAM** qui pro se obtinu-  
 it, ei datur *Actio Judicati. vid. lit. I.*

\* **SEPARATIONIS** beneficium est  
 auxilium Prætoris, quo

*Creditores petunt,*

*ut bona heredis ab hereditate defun-*

Eti separentur. *tit. ff. de Separationibus, ibique Dd.*

Moribus Pomeraniæ ipso jure fit Separatio, neque opus est petitione. *Mev. P. 1. D. 254. vid. Coch. in Pr. For. Germ. P. 2. voc. Separatio. add. Classificationem Creditorum Pomer. ibi: Obgleich Separatio bonorum nicht gesucht worden.*

Actio SEPULCHRI VIOLATI datur is, ad quos ea res pertinet. *l. 3. pr. ff. de Sepulchr. viol.* Aut si hi non adsint, vel agere nolint, *omnibus de populo. d. l.*

adversus dolosos sepulchrorum violatores. *d. l. 3.*

ad interesse, si ille agat, ad quem ea res pertinet. *d. l. 3. §. 1. & 8.* Sin aliquis ex populo, ad pœnam *C. aureorum, aut CC. aureorum* adversus dolosos sepulchri inhabitatores. *d. l. 3. pr.*

In SEPULCHRUM si quis illicite illatus, datur Actio. *vid. Actio ex Edicto de Mortuo non inferendo.*

Actio Interdicti De SEPULCHRO ÆDIFICANDO, datur

*Ei, qui in loco, ubi ei est jus, facere volens sepulchrum, seu monumentum prohibetur. l. 1. §. 7. C. de Sepulchr. viol. l. 1. ff. de Mort. infer.*

*Adversus eum, qui directo vel oblique d. l. 1. §. 1. C. de Sepulchr. viol. prohibet, vel ædificare, vel ædificari cœptum perficere. d. l. 1. §. pen. Böbmer. de Action. S. 2. c. 4. §. 68.*

*Ad id, ut ne quid fiat in sepulchro tam facto, quam faciendo, atque ut id, quod factum est, removeatur, ac pristinae causæ restituatur, cum omni interesse. Böbmer. d. l. §. 67.*

### Actio SEQUESTRARIA

*Directa datur*

*Victori rei litigiosæ,*

*Adversus sequestrem, apud quem res litigiosa durante lite deposita. l. 5. §. 1. C. l. 12. §. 2. ff. deposit.*

*Ad id, ut finita lite cum omni causa restituatur, rationes reddantur, & culpa lata præstetur. arg. §. 1. Instit.*

*Quib. mod. re contr. oblig.*

*Contraria datur*

*Sequestri,*

*Adver-*

*adversus* litigantes,  
*ad* indemnitatem sequestri nomine  
 consequendam. *arg. d. l. 5. pr.*

*Actio* SERVIANA datur  
 locatori prædii rustici. §. 7. *Instit. de*  
*Action.*

*adversus* colonum, & quemcunque re-  
 rum a colono pro pensione & da-  
 mnis *expresse* obligatarum, possessio-  
 rem. *l. 16. §. 3. ff. de Pignor. & l. 4. ff. In*  
*quib. caus. pign.*

*ad* consequendam illarum possessio-  
 nem. *d. §. 7.*

*Actio* QVASI SERVIANA datur  
 creditori cuicunque, cui res *expresse*  
 vel tacite est oppignorata. *tot. tit. ff.*  
*In quib. caus. pign. tac. contr.* Excepto  
 locatore prædii rustici, *de quo præ-*  
*ced. Act.*

*adversus* quemcunque ejus rei posses-  
 sorem. *l. 14. C. de Pignor.*

*ad* consequendam illius possessionem,  
*l. 66. pr. ff. de Eviçt.* eamque donec sa-  
 tisfactum, vel retinendam, vel alie-  
 nandam. *tot. tit. ff. de distr. pign.*

A SERVIS seu familia si furtum vel  
 F 3                      damnum

- damnum datum, datur Actio. *vid.*
- Actio Edicti: Si familia furtum & c.*
- \* Ex SERVORUM delicto privato la-  
sis datur Actio, *vid. Actio noxalis.*
- \* Ad SERVOS seu rusticos revocando  
datur Rei vindicatio, *vid. lit. R.*
- \* Ob SERVITUTEM realem datur A-  
ctio Confessoria. *vid. lit. C. vel Ne-  
gatoria, vid. lit. N.*
- Actio SERVI CORRUPTI datur  
Domino servi l. 1. §. 1. ff. de Serv. cor-  
Utilis etiam fructuario. l. 9. §. 1. eod. &  
aliis, quorum interest, aliquem non  
esse corruptum. arg. l. 14. §. 1. eod.
- Adversus illum, qui dolo malo servum  
quoad animum, deteriorem reddidit  
l. 1. §. 3. & seqq. eod.
- Ad duplum ejus, quod interest. l. 1. p.  
eod. Aut si utiliter agatur quanti re-  
officio Judicis æstimetur. d. l. 14. §.
- \* Ex SILANIANO Senatus Consulto  
Actio datur. *vid. Actio ex SENA-  
TUSC. SILAN.*
- Actio SIMPLI pro evictione. *vid. voi-  
Evictio.*
- Actio pro SOCIO, utrinque Directa  
datur

Actio alterutri,  
*Adversus confocium. t. t. Pro Socio.*  
*Ad rem, vel operam in commune con-*  
*ferendam. l. 73. & 74. ff. eod. & si*  
*quid præterea ex natura societatis*  
*alterum præstari oporteat, v. g. fru-*  
*ctus. &c. vid. l. 38. §. 1. l. 23. §. 1. Eod.*  
**Actio SPOLII.** *vid. Condictio ex Can.*  
*Redintegranda. lit. R.*  
**Ex SPONSALIBUS & matrimonia-**  
*libus datur Actio. vid. lit. M.*  
**Ex SPONSIONE** *oritur Actio ex Sti-*  
*pulatu, vel Condictio ex Moribus, Condi-*  
*ctio ex Lege. Vid. Habn. ad Wesemb. ff.*  
*de Aleatoribus. in fin.*  
**Condictio ex Lege de SPORTULIS.** *vid.*  
*Condictio.*  
**Actio de STATU Civitatis.** *vid. lit. C.*  
**Actio de STATU Libertatis** *vid. lit. L.*  
**Condictio Certi ex STIPULATU** *datur*  
*Stipulanti*  
*Adversus promittentem rem aliquam*  
*certam. pr. Instit. de V. O. l. 74. seqq.*  
*ff. Eod.*  
*Ad rem præcise præstandam. l. 75. §. fin.*  
*ff. eod.*

*Actio ex STIPULATU datur itidem Stipulanti, sed*

*Adversus promittentem rem incertam. d. pr. genus scil. d. l. 75. §. 1. aut factum. §. ult. Instit. Eod.*

*Ad rem promissam præstandam, aut interesse. l. 13. §. fin. ff. de Rei Jud.*

*Actio ex STIPULATU de Damno infecto. Vid. Damnum.*

*Actio ex STIPULATU de Dote, vid. Actio de Dote.*

*Actio ex STIPULATU SIMPLÆ vel DUPLÆ pro Evictione. vid. Evictio.*

*Actio SUBSIDIARIA datur*

*Pupillis, l. 1. §. 4. ff. de Magistr. conven.*

*Adversus Magistratus, qui in tutelæ constitutione dolum, vel culpam admiserunt. l. 7. C. Eod.*

*Ad damnum, quod inde pupillis obvenit, in quantum a Tutoribus, horumque heredibus, aut fidejussoribus non potuit resarciri, resarciendum. §. 2. Instit. de Satisd. tutor. §. d. l. 1. §. 16.*

*Actio Edicti: Si quis omissa testamentaria causa ab intestato SUCCEDERE velit,*

velit, quæ *Actio legatorum* dicitur in  
*l. 10. pr. l. 12. §. 1. & l. 18. §. 1. ff. Si*  
*quis omiff. caus. testam. datur*

*Ei, cui aliquid in testamento relictum.*  
*l. 1. pr. ff. eod.*

*Adversus eum, qui omiffa causa testa-*  
*menti callide in fraudem eorum,*  
*quibus quid relictum, ab intestato*  
*vult succedere, d. l. 1. §. 9. aut pe-*  
*culnia accepta, plane non adire. l. 1.*  
*C. Eod.*

*Ad id, ut relicta in testamento nihilo-*  
*minus præstentur. dd. test.*

*Actio Interdicti de SUPERFICIEBUS,*  
*datur*

*Superficiario possidenti, scil. ei, qui super-*  
*ficiem in alieno solo habet, sive ad*  
*modicum, sive ad longum tempus.*

*Job. Friedr. Rbez. Disput. de Judiciis*  
*possessor. c. 2. n. 18. Mindan. de Interdict.*

*P. 2. tit. 7. n. 8. 9. 10. Ejusque heredi,*  
*Job. Thoma. Disp. de Superfic. posit. 5. n.*  
*29. Struv. S. J. C. Exerc. 45. tb. 127. 128.*

*Adversus turbantem, sive is sit soli do-*  
*minus, sive extraneus. Vid. Job, Tho-*

F 5 ma.

*ma. d. l. n. 20. Rbez. d. l. num. 18. non  
contra heredem. Thom. d. l. n. 29.*

*Ad id, ut, exemplo Interdicti uti pos-  
sidentis, possessio retineatur & con-  
servetur. Menck. Theor. & Prax. Pand.  
tit. de Superfic. §. 5. Böhmer. de Action.  
S. 2. c. 4. §. 17.*

**Actio SUPPLETORIA** datur  
*illis, quibus minus legitima alias debi-  
ta, relictum.*

*Adversus heredes institutos.*

*Ad id, ut suppleant, quod deest le-  
gitimæ. l. 30. & 36. pr. C. de Inoffic.  
Testam.*

**Actio seu Postulatio SUSPECTI**, datur  
*Civis de populo, etiam mulieribus,  
quæ pupillo sunt conjunctæ, aut alias  
pietate ad accusandum feruntur. §. 3.  
Instit. de Suspect. tut.*

*Adversus tutores quoscunque §. 2. instit.  
Eod.*

*Ad id, ut tutor suspectus declaretur, &  
ab officio, reddita ratione, remo-  
veatur. t. t. Eod.*

**Actio de SUSPENSO.** *vid. Actio de Po-  
sito.*

*Actio*

*Actio de SYNDICATU vid. Actio male Judicati.*

## T.

De TABULIS ultimæ voluntatis exhibendis *Actio in factum datur*

*omnibus, quorum interest,*

*Adversus illos, qui tabulas cujuscunque ultimæ voluntatis defuncti se exhibere posse, vel debere, negant.*

*Ad id, ut tabulas exhibeant. Coch. in Pr. For. Germ. P. 2. voc. Tabula. Lauterb. ff. de Tabul. exhib. & facultas relinquatur inspiciendi, legendi, & describendi. Coch. d. l.*

*Actio in factum ex Interdicto de TABULIS EXHIBENDIS, datur*

*ei, cujus interest, tabulas exhiberi, vel cui in testamento aliquid adscriptum est. Böhmer. de Action. S. 2. C. 3. §. 86. Lauterb. Comp. ff. p. 595. Ejusque heredi & successori. Menck. d. l. tit. de Tabul. exhib. §. 1.*

*Adversus illum, qui negat, se tabulas ultimæ voluntatis exhibere posse,*

vel debere. *l. 4. §. 1. ff. de Tabul. exhib.*  
*Menck. d. §. 1. Lauterb. p. 595.*

*Adid*, ut tabulæ authenticæ exhibean-  
 tur, vel in subsidium, interesse præ-  
 stetur. *Menck. d. l. §. 1. Böhmer. d. l.*  
*§. 86. Lauterb. p. 595.*

\***CONTRA TAXATORES** perperam ta-  
 xantes datur *Actio: Si Mensor falsum*  
*Modum &c. vid. lit. M.*

**TERMINI** agrorum confinium si sunt  
 confusi, datur *Actio Finium regun-*  
*dorum. lit. F.*

*Actio ex L. Agraria* de **TERMINO**  
**MOTO** datur

*Cuivis* de populo *l. 3. pr. ff. de Termin.*  
*mot.*

*Adversus* illos, qui terminos statutos  
 extra suum gradum, finesque dolo  
 malo moverunt. *d. l. 3.*

*Ad* pœnam *L. solidorum*, in singulos  
 terminos motos fisco inferendam.  
*d. l. 3.*

*Actio ex TESTAMENTO* datur  
*Legatariis & fideicommissariis particu-*  
*laribus, L. 1. C. Commun. de Legat.*

*Adversus* heredes, aliasque personas  
 one-

oneratas. *l. 33. pr. de Legat. 2. §. 1. Instit. de singul. reb. testam. relict.*

*Ad id, ut præstentur legata, & fideicommissa cum suis accessionibus. l. 8. pr. ff. de Legat. 1. l. 10. ff. de Legat. 2.*

\* **VI TESTAMENTI** datur heredi scripto *remedium l. fin. Cod. de Edict. Div. Adrian. toll. vid. lit. H.*

\* **QUI TESTAMENTUM VI OCCISI** publicavit, aut descripsit, antequam quaestio de familia habita, contra eum datur *Actio ex Senatusconsulto Silan. vid. lit. S.*

\* **TESTAMENTI** causa omissa, si quis ab intestato vult succedere, datur *Actio. vid. lit. S.*

*Querela TESTAMENTI INOFFICIOSI, vid. lit. Q.*

*Actio TIGNI JUNCTI* datur

*Domino tigni rei alienæ juncti, omnibusque, quorum interest. §. 29. Instit. de R. D. §. 13. Instit. de Oblig. quæ ex del. nasc.*

*Adversus eum, qui bona vel mala fide tignum rei suæ junxit. d. §. 29. modo tamen, si bona fide junctum, tignum*

F 7

fuerit

fuerit furtivum. *l. 63. in fin. ff. de donat. inter vir. & uxor.*

*Ad duplum tigni juncti. d. §. 29. quod in male fidei possessore mera poena est, l. 2. ff. de Tign. junct. in b. f. possessore rei persecutionem continet. d. §. 29. in fin.*

\* **Ex TRANSACTIONE** datur *Actio*, aut ex moribus, si facta *nudo pacto*, *Coch. in Pr. For. Germ. P. 2. voc. Transact.* Si *contractu innominato*, e. g. si actori quid dederit, ut *litem* remitteret, & ille *transactioni stare* nolit, præter *Except.* datur *Actio præscriptis verbis*, ut a lite Actor *desistat.* *Coch. d. l. Lauterb. ff. de Transact. p. 56.* Si *stipulatione* *Transactio* inita, datur *Actio ex stipulatu.* *Coch. d. l. & Laut. d. l. Si Cautio* *Transactionis* data est, datur *Certi Condictio* ex *L. 2. C. de Transact.* *Coch. d. l.*

**Actio TRIBUTORIA** datur

*Creditoribus servi vel filiifam.* qui scilicet cum his, *sciente domino*, vel *patre*, de *mercibus peculiaribus* sunt *nego-*

negotiati. §. 3. *Instit. Quod cum eo, qui in alien. l. 1. §. 3. ff. de Tribut. act.*

*Adversus* dominum, vel patrem, qui merces peculiares *dolose* inæqualiter distribuit. *d. §. 3. Inst. Quod cum eo.*

*Ad id*, ut iniqua & fraudulenta illarum mercium distributio corrigatur, & merces æqualiter distribuantur. *d. §. 3.*

*Condictio TRITICIARIA, vid. Condictio.*

In TURBA si damnum datum, competit *Actio, vid. Actio de Damno in Turba dato.*

\* Ob TURPEM CAUSAM *Condictio, vid. lit. C.*

*Actio TUTELÆ*

*Directa* datur

*Pupillis, Utilis* etiam minoribus, & aliis, qui sunt sub cura. *t. t. ff. de Tutel. & ration. distrab.*

*Adversus Tutores. Utilis* etiam Curatores. *l. 19. §. 1. ff. eod.*

*Ad id*, ut rationes reddant, *l. 1. pr. eod.* reliqua solvant, *l. 9. ff. Arbitr. tut. & damna levi culpa data resarciant. l. 7.*

*C. eod.*

*Contra.*

*Contraria datur*

*Tutoribus, l. 1. §. 1. ff. de Contr. tut. act. Utilis etiam Curatoribus. d. l. 1. §. 2.*

*Adversus pupillos, d. l. 1. pr. Utilis etiam minores, & alios, qui sunt sub cura. dd. loc.*

*Ad indemnitatem ratione Tutelæ, vel Curæ gestæ consequendam. l. 3. §. 1. eod.*

\* *Contra TUTOREM aliquando datur Actio de Rationibus distrahendis. vid. lit. R. aliquando postulatio Suspecti. vid. lit. S.*

\* *In TUTELÆ constitutione si Magistratus dolum vel culpam commisit, datur Actio subsidiaria. vid. lit. S.*

*Actio PRO-TUTELÆ. vid. lit. P.*

*Actio Edicti, Quod TUTORE FALSO Autore gestum, datur*

*Ei, qui falso Tutore Autore cum pupillo contraxit, l. 1. pr. ff. Quod fals. Tut. Aut. Utilis etiam ipsis pupillis, ex hoc contractu læsis. l. fin. ff. eod.*

*Adversus falsum Tutorem. l. 7. pr. eod.*

*Ad omne interesse, d. l. 7. pr. Etiam sumtus*

sumtus petendi restitutionem, consequendos. *d. l. 7. §. 3.*

**ACTIO TUTORIS SUSPECTI, vid. lit. S.**

V.

**VECTIGAL** injuste solventibus datur Actio contra Publicianos. *vid. lit. P.*

**ACTIO VECTIGALIS, l. 15. §. 26. ff. de damn. inf. seu Emphytevticaria Rei Vindicatio, datur**

**illi, cui Emphytevtis constituta, Adversus quemcunque possessorem, etiam dominum rei Emphytevticariae. l. 1. §. 1. ff. Si ager vectig.**

**Ad id, ut Judex declaret, rem ad Actorem jure Emphytevticario pertinere, adversarium ad illius restitutionem cum omni causa condemnet. d. l. 1. §. 1.**

**ACTIO VENDITI** datur **Venditori, l. 13. §. 19. ff. de Act. Emt. Adversus Emtorem. d. l.**

**Ad id, ut pretium una cum usuris post moram perceptis, d. l. 13. §. 20. & sumtus**

fumptus utiliter a venditore in rem factos præstet. *d. l. 13. §. 21.*

\* **VENDITORI** aliquando datur *Æstimatoria*, seu *Quanti Minoris*, *vid. lit. Q.*

\* **Ad VENTIONEM** rescindendam datur *Actio*, seu *Querela enormis læsionis*, *vid. lit. Q.*

\* **Contra VENDITOREM** datur *Redhibitoria*. *vid. lit. R.* item aliquando *Redhibitoria ex jure Retractus*. *vid. lit. R.*

*Actio Edicti*: Si Mulier **VENTRIS** nomine in possessione calumnie causa esse dicatur. *vid. Possessio.*

*Actio de in rem VERSO*, *vid. lit. R.*

**Actio VIÆ RECEPTÆ** datur

*Ei*, in cujus agrum aliquis viam publicam ulterius rejecit, i. e. fecit, ut per agrum vicinum jam publice commeatu fiat. *l. fin. ff. de Via publica.*

*Adversus* rejicientem,

*Ad id*, quod interest Actoris. *d. l. fin.*

\* **Si quis VIAM PUBLICAM** in agrum vicinum rejecit, datur *Actio viae rejectæ*. *Coch. d. l. voc. VIA.*

\* *Actio*

\* *Actio Interdicti de VIA & ITINERE privato. vid. lit. I.*

\* *Actio Interdicti de VIA & ITINERE PUBLICO, NE DETERIOR EFFICIATUR, datur*

*Cuilibet ex populo. Menck. Theor. & Prax. Pandect. tit. Ne quid in loc. publ. §. 3.*

*Adversus eum, qui aliquid facit, unde via, iterve deterius redditur, statim vel imposterum. Menck. d. l. §. 3.*

*Mindan. de Interdict. P. 2. tit. 3. n. 32.*

*Ad id, ut, si cceptum saltim sit opus, caveatur, ne fiat, sin autem consummatum, praestetur id, quod interest. Menck. d. §. 3. Harsolt. de Action. P. 6. Act. 52. n. 14.*

\* *Actio Interdicti De VIA & ITINERE PUBLICO, NE VIA, vel ITER USUI PUBLICO SUBDUCATUR, datur*

*Ei, qui via aut itinere publico uti prohibetur. Menck. d. l. §. 3.*

*Adversus prohibentem. Menck. d. §. 3. Böhmer. de Action. Sect. 2. c. 4. §. 75.*

*Ad id, ut illa prohibitio desinat, & ire, agere volens non impediatur.*

*Menck. d. l. §. 3.*

\* *Actio*

\* *Actio Interdicti: de VIA, & ITINERE PUBLICO, NE QUID IBI FIAT, AUT IMMITTATUR, EX QVO ALIQUID DAMNI EXISTAT, datur*

*Civis ex populo, l. 2. §. 34. ff. Ne quid in loc. publ. Inprimis autem ei, cui factio illo nocetur. Böhmer. de Action. S. 2. c. 4. §. 72. 73.*

*Adversus eum, qui aliquid in loco publico facit, quod in alterius damnum redundat. Harfolt. de Action. P. 6. Act. § 2. n. 4.*

*Ad id, ut via iterve in pristinum statum reducatur. l. 2. §. 34. & 42. ff. d. t.*

\* *Actio Interdicti: Quod VI aut CLAM, datur*

*Ei, cujus interest, vi vel clam aliquid factum non esse ab adversario. Menck. Theor. & Prax. Pandect. tit. Quod vi aut clam. §. 4. Lauterb. Compend. ff. p. 602. circa fin.*

*Adversus quemvis possessorem operis, quod vi aut clam factum est. Menck. d. l. §. 4. Böhmer. de Action. S. 2. §. 49. Etiam contra heredem, quatenus aliquid*

quid ad eum pervenit. *l. 1. §. 3. ff. d. t. Lauterb. p. 603. Menck. d. §. 4.*

*Ad id*, ut res in pristinum statum reducatur, atque si is, qui vi aut clam fecit, possidet, ad patientiam, & impensam tollendi operis: Si fecit, nec possidet, ad impensam: qui autem possidet, nec fecit, ad patientiam tenetur, *Menck. d. l. §. 5. Böbmer. Introd. ad Jus Digest. tit. Quod vi aut clam. §. 7. Idem de Action. S. 2. c. 4. §. 49.* Quod si res in pristinum statum reduci nequeat, in subsidium exigitur præstatio ejus, quod interest. *Böbmer. de Action. S. 2. c. 4. §. 5.*

**VIATORIBUS** datur aliquando *Actio contra Publicanos, vid. lit. P.* Aliquando *de damno in navi, cauona, stabulo, vid. lit. D.* Aliquando *de Recepto, vid. lit. R.*

**Actio VI BONORUM RAPTORUM** datur

*illis*, quorum interest, rem non esse raptam, vel corruptam. *l. 2. pr. §. 22. 23. ff. Vi bon. rapt.*

*Adversus illos*, qui rapuerunt, *l. 1. ff. eod.*  
aut

aut coactis hominibus, damnum de-  
derunt, l. 2. §. 2. & 10. eod.

*Ad quadruplum* intra annum, post an-  
num in *simplum* ejus, quod raptum  
est. *pr. Inst. eod. & d. l. 2. §. 13.*

VINDICATIO, *vid. Rei vindicatio.*

*Actio in factum* ex Interdicto: NE VIS  
FIAT EI, QUI IN POSSESSI-  
ONEM MISSUS EST, datur

*Ei*, qui in possessionem missus est ex  
primo decreto; item heredi. l. 1. §.  
*fin. ff. Ne vis fiat ei, & c. Lauterb. Comp.*  
*ff. p. 594. Menck. d. l. tit. cit. §. 1.*

*Adversus illum*, qui ira missum non ad-  
misit, turbavit, vel dejecit. *Menck.*  
*d. l. §. 1. Böhmer. Introd. ad Jus Digest.*  
*cit. tit. §. 2.*

*Ad id*, ut ut præstetur illud, quod in-  
terest. *Menck. d. l. §. 1. Böhmer. d. l.*  
*§. 2. Lauterb. p. 594. Quidnam* ra-  
tione hujus Interdicti *hodie* juris sit,  
monstrat *Böhmer. de Action. S. 2. c. 3.*  
*§. 80. 81. Menck. d. l. §. 2.*

*Actio in factum* ex Interdicto UNDE  
VI, datur

*Ei*, qui ante dejectionem rem immo-  
bilem,

bilem, five civiliter, five naturali-  
ter, possedit, & vi dejectus est, *l. 1.*  
*§. 9. ff. de Vi & vi armat. Menck. d. l.*  
*tit. alleg. §. 3. Ejusque heredi. Menck.*  
*d. l. §. 4. Böhmer. Introd. ad jus Digest.*  
*tit. de Vi & vi armat. §. 3. 5. 6. 7.*

*Adversus dejicientem, five per se, five per*  
*alium facta fit dejectio. l. 1. §. 9. ff. d. t.*  
*Böhmer. d. l. §. 5. Idem de Action. S. 2.*  
*c. 4. §. 33. Menck. d. §. 5.*

*Ad id, ut possessio cum omni causa &*  
*interesse recuperetur. l. 4. C. Unde Vi.*  
*Böhmer. d. l. §. 8. Idem Action. d. l. §. 34.*  
*Menck. d. l. §. 6. Utiliter vero, ut*  
*quasi possessio rerum incorporali-*  
*um, seu jurium, e. g. Jurisdictionis,*  
*juris patronatus &c. recuperetur.*  
*Gail. 2. Obs. 75. Schneidvvin. ad Instit. de*  
*Interdict. §. 6. n. 29. Coincidit hæc*  
*Actio cum Condict. ex Can. Redin-*  
*tegranda. vid. lit. R. De hujus Actio-*  
*nis Affinibus agit Menck. d. l. §. 8. 9.*  
*10. 11. 12. Menoch. de remed. recuper. poss.*  
*remed. 1.*

*Ad USUCAPIONEM rescindendam*  
*datur aliquando Actio rescissoria.*  
*vid. lit. R.*

Qui

Qui in USUCAPIENDI conditione est, ei aliquando datur Actio Publiciana, *vid. lit. P.*

\* Ex USUFRUCTU oritur *Actio personalis* ex illo contractu, per quem promissio facta, *v. g.* ex emto, stipulatu, *ad id*, ut usufructus per traditionem, vel quasi, constituatur *Coch. d. l. P. 2. voc. Ususfructus. Realis* oritur ex constituto per traditionem aut patientiam, aut ex usufructu. Hinc datur *Actio Confessoria & Negatoria*. Competit autem *Confessoria utilis* usufructuario ad ipsas servitutes vindicandas, quando a tertio vindicatur servitus. *Coch. d. l. Sin a proprietario impediatur, non servitus ipsa, sed usufructus vindicatur. d. l. Negatoria* competit domino adversus fructuarium. *l. 5. pr. ff. Si ususfr. pet. Coch. d. l.*

\* *Adversus USUFRUCTUARIUM* datur proprietario (si contra conditionem rei, utitur ipsa re,) vindicatio. *Coch. d. l. voc. Ususfructus.* Si plane deteriorem facto suo reddidit, cautio

cautio (*vid. Hopp. Exam. Instit. p. 144. qu. 9.*) committitur, *i. e.* Actio datur in id, quod interest ex illa clausula. *d. l.* Si proprietarius negat, se usumfructum debere, Actio est Negatoria, quæ domino datur, etsi alius possideat. *d. l.*

Ob USURARUM USURAS Actio, *vid. Anacocismus.*

USURAS nudo pacto promissas regulariter retentione quis tantum consequitur, non actione. *Coch. d. l. voc. Usura.* Sin pacto in continenti adjecto promissæ, habet actionem ex contractu illo. *d. l.* Sin per stipulationem promissæ, non obstante Sententia super forte lata, peti possunt, quia per se debentur ex stipulatione. *d. l.*

Deberi *hodie* Usuras citra stipulationem ex mora per R. I. de Anno 1600. ex *Hahn. Struv. Mev. P. 7. D. 2.* liquidum fit circa res fungibiles. *Coch. d. l.*

UTILITATIS *innocia* jus competit etiam hominibus, jus quoddam in

G

eas

eas res habentibus, quæ jam propria aliorum factæ. Fundamentum ejus est innoxia utilitas, quando communicatus usus alteri damnum non dat. Sic ignis accendendi facultas (qui communicando minor non fit) haustus undæ perfluentis; accessio ad littus, aquandi vel tugurii momentanei ponendi causa. *Coch. d. l. voc. Utilitas.*

\* *Actio in factum ex Interdicto UTI POSSIDETIS, datur*

*Possessori rerum immobilium turbato, l. 1. pr. §. 7. 8. ff. Uti possid. modo ab adversario non vi, clam vel precario possideat. l. 1. §. fin. ff. eod. Lauterbach Comp. ff. p. 597. Böhmer. de Action. S. 2. c. 4. §. 13. Utiliter etiam possessori rerum incorporalium, scil. jurium. fin. C. eod. Lauterb. p. 598. Mindan. d. Interd. P. 2. tit. 2. tit. 7. n. 21.*

*Adversus quocunque modo turbantem i. e. possessionis usum impredientem l. 3. §. 2. 3. ff. d. t. Böhmer. d. §. 13. Lauterb. p. 597.*

*Ad id, ut quieta possessio (quæ probatur*

da est) retineatur, illa damna, fructusque percepti restituantur, & cautio de non amplius turbando præstetur. *l. 1. §. 1. & 4. ff. Uti possid. Gail. 1. Obs. 116. Menck. Theor. & Prax. Pandect. tit. Uti possid. §. 5.*

\* *Actio ex Interdicto UTRUBI, datur Possessori, rerum mobilium turbato. §. 4. Instit. de Interdict. l. un. ff. Utrubi.*

*Adversus quocunque modo turbantem, modo possessor nec vi, nec clam, nec precario ab adversario tempore litis contestatæ possideat. d. §. 4. Instit. Menck. d. l. tit. Utrubi. §. 1.*

*Ad id, ut actor possidens, illam possessionem, quam suam probavit, retineat, & reus damnum occasione turbationis datum, cum cautione de non amplius turbando refarciat. Schneidwin. ad Institut. de Interdict. §. 4. Petr. Müller. ad Struv. S. J. C. Exerc. 45. th. 168. lit. e.*

*Actio rei UXORIÆ, vid. lit. R.*

\* *Si UXOR ventris nomine in possessionem missa datur Actio, vid. lit. P.*

\* *UXORI datur adversus maritum ad*  
 *partum*

partum ex se editum agnoscendum  
*Actio de partu agnoscendo, vid. lit. P.*

\* Pro UXORE honesta, at sine causa  
 a marito verberata, Condictio ex  
 Lege datur

*Uxori, Nov. 117. c. 14. non ejus heredi-  
 bus. Stephan. ad d. Nov. num. 25.*

*Adversus maritum, uxorem sine causa  
 atrociter verberantem. vid. Stephan.  
 d. l. num. 24. 25.*

*Ad id, ut hodie maritus verberans pro  
 ratione excessus & sævitiae ex arbi-  
 trio Judicis puniatur. Carpz. Pr. Cr.  
 P. 1. qu. 12. num. 51. Petr. Müller. in Diss.  
 de Sævitia. c. 2. §. 13.*

TANTUM.

COGNI-

COGNITIO  
ACTIONUM FOREN-  
SIUM,

PER DIVISIONES,

Hinc inde in Doctorum Tra-  
ctatibus obvientes,

Breviter & in Modum Tabellarum  
exhibita.

**G**eneralem de *Actionibus Forensibus*  
Cognitionem haud commodius,  
quam ex Divisionibus in Jure obvieni-  
entibus, acquiri posse, Interpretes Juri-  
um plurimi arbitrantur. Et dum  
ACTIO (*generaliter sumpta, designans Ju-  
ris remedia quaecunque, per quæ res, de qua  
contenditur, obtineri, & servari potest*)  
EST JUS (*scil. facultas & potestas jure  
concessa*) PERSEQVENDI (*in generalio-  
ri sensu hoc verbo accepto, ut in se contine-  
at facultatem agendi, & petendi quid, atque  
conveniendi aliquem*) IN JUDICIO  
(*nempe apud quemcunque Judicem compe-  
tentem*) QVOD SIBI (*non alteri, nec Rei-*  
G 3 *publicæ*



publica) DEBETUR, (ex quocunque jure, & modo licito). Prolixiorem Actionis explicationem vid. apud Manzum ad Institut. tit. de Action. ad princ. & apud Henning. Hammel. de Action. Cap. 1. n. 11. seqq. Hinc ad Actionum forensium Divisiones congerendas, easque ad usum judicialem accommodandas, a Doctoribus varie opera impenditur. Alii namque utuntur Divisione quadruplici. Conf. Rebbahn. Hodoget. Jur. Chart. 2. Climat. 4. parallel. 2. §. 9. seqq. Placet Aliis partitio quintuplex. Vid. Herm. Vultej. in Jurispr. Rom. Lib. 2. Cap. 4. tot. Forsteri Tractatio ad Institut. Justin. P. 2. Disp. 1. th. 2. 3. seqq. Porro Alii sunt contenti Divisione sextuplici. Pomeresch. ad Institut. tit. de Action. Locamer. ad eund. tit. Institut. Ab Aliis septem Distinctiones proponuntur. Luder. Menck. in Theor. & Prax. Pandect. tit. de O. & A. §. 14. seqq. Swendend. de Action. Forens. Sect. I. P. I. Cap. 2. tot. Lauterb. in Comp. ff. tit. de Action. p. 621. seqq. Adhuc Alii monstrant octo Divisiones. vid. Matth. Stephani Oecon. Jur. Civ. Lib. 4. C. 1. n. 4. mult. seqq. Divisio Aliorum est decuplex,

cuplex. *Vid. Brederod. in Resolut. Dialect. Institut. Imperial. tit. de Action. Biccus in Reb. quotidian. Jur. Civil. Sect. 5. §. 6. mult. seqq.* Undecim *Alii* Divisiones adhibent. *Vid. Schneidwin. ad Institut. tit. de Action. §. 1. num. 1. 2. seqq.* Nobis *Alii* communicant Distinctiones duodecim. *Vid. Jason in special. Comm. ad titul. Institut. de Action. C. 1. usque ad C. 12. inclus.* Quatuordecim Divisiones *Alii* formant. *Vid. Oldendorp. in Progymnasm. Fori, Actionum, Probationum, &c. p. m. 356. seqq.* Præterea *Alii* majorem Divisionum effingunt numerum. *Vid. Murantha in Specul. Aur. Part. 4. per tot.* Quicquid autem enumerati Doctores de Divisionum numero statuant, subsequenter ego cum *Lud. Mencken. item Swendend. dd. ll. & cum Struv. in S. J. C. Exerc. 46. thes. 60. seqq. atque Lauterb. p. 621. seqq.* Divisionum numerum septuplicem duco praxi forensi magis consentaneam. Perpendenda sic erit Divisionum doctrina

### I. RESPECTU CAUSÆ EFFICIENTIS,

Et quidem

G 4

(A)TUM

(A) *TUM CAUSÆ REMOTÆ*, vi cuius dispescitur Actio

1. *In Civilem*, ex specie aliqua Juris civilis descendentem. *Luder. Menck. Theor. & Prax. Pand. tit. de O. & A. §. 14. Laurerb. p. m. 621.* Poterit autem Actio civilis juxta hodiernum Imperii Statum subdividi, ut dicatur (a) *Vel Universalis*, quæ ex Lege Imperii universalis provenit, & ubique obtinet. *Swendend. de Act. forens. P. I. Sect. I. C. 2. §. 12. p. m. 12.* (b) *Vel Localis*, quæ ex lege speciali provenit, & in certa Provincia locum habet. Quorsum refertur Actio, quæ ex Electorum, Principum, & aliorum Imperii Statuum Constitutionibus oritur. *Swendend. d. l. §. 13. Valent. Riemer. in Diss. de Action. tb. 12.* Ceterum de Legibus Imperii Germanici prolixè agit *Frider. Gerdes in Dissut. sub illo tit.*

2. *In Prætoriam, seu honorariam*, quæ est (a) *Aut in specie talis*, ex Prætoris in specie sic dicti, Jurisdictione, aut Edicto, originem habens. *Menck. d. l. §. 14. Swendend. d. l. §. 17. p. m. 13.* (b) *Aut Ædilitia*, quæ ab ædilibus curulibus est inventa.

venta. *Swendend. d. l. §. 18. Menck. d. l.*  
 Utraque, civilis nempe & prætoria A-  
 ctio, est *Sive Directa*, quæ ex Legis, aut  
 Edicti verbis expressis conceditur. *Vid.*  
*Menck. d. l. §. 14. Lauterb. d. l. p. 622. Sive*  
*Utilis*, quæ ex Sententia Legis aut Edicti  
 provenit. *Menck. d. §. 14. Laut. p. 622. Sive*  
*in factum*, & in subsidium, ex æquitate,  
 deficientibus Legis, aut Edicti verbis,  
 & sententia. *Menck. d. §. 14. Lauterb. p. 622.*  
*Exempla sunt in l. 23. §. 5. l. 52. ff. de R. V.*

(B) *TUM CAUSÆ PROPINQVÆ*, cu-  
 jus intuitu Actio oritur

\* *Aut ex jure personarum*, seu statu ho-  
 minum. §. 13. *Institut. de Action.* dicitur-  
 que præjudicialis, de qua judicatur pri-  
 us, quam lis principalis deceditur, *Schil-  
 ter. ad ff. Exerc. 3. §. 20.* Illa provenit ex  
 statu *sive Libertatis, sive Civitatis, sive Fa-  
 milix*, & competit ad asserendum, aut  
 ad contra alterius oppugnationem de-  
 fendendum jus vel Libertatis, vel Civi-  
 tatis, vel Familix. *Menck. d. l. §. 15. Swen-  
 dend. d. l. p. m. 53. seqq.* Dividitur Actio  
 præjudicialis (1) *in Affirmatoriam*, seu  
 Confessoriam, qua actor statum certum

G 5

contra

contra negantem asserit, eumque declarari petit, *Menck. d. l. §. 15. Böhmer. Introd. ad Jus Digest. tit. de O. & A. §. 12. Et in Negatoriam*, qua alter statum suum aduersus alterius oppugnationem defendit. *Menck. d. l. §. 15. Böhmer. d. l. (2) In Directam*, quæ ex verbis Legis competit, & instituitur de ipso statu Libertatis, Civitatis, vel Familiæ. *Menck. d. l. §. 15. Swendend. d. l. Cap. 2. memb. 2. Art. 1. p. m. 54. 55. Et in Utilem*, quæ ex sententia & interpretatione Legis descendit, & ubi de personarum jure, affini statui Libertatis, (e. g. conditione hominis proprii) Civitatis, (e. g. jure incolatus) vel Familiæ, (e. g. agnationis) asserendo, vel aduersus impugnationem defendendo agitur. *Menck. d. l. §. 15. Swendend. Memb. 2. 3. 4. seqq. p. m. 69. seqq. Hammel. Tr. de Action. Cap. 43. 44. 45. 46.*

\*\* *Aut ex jure rerum*, tunc Actio est (a) *VEL SIMPLEX, SEU PURA*, eaque (1) *Sive Realis*, proveniens ex jure in re, ipsamque rem afficiens, atque competens contra quemcunque possessorem, *l. 25. ff. de O. & A. Menck. d. l. §. 16. Dicitur*

tur rei vindicatio, *Lauterb. p. m. 622.* & persequitur personam non per se, sed ob rem possessam, quæ obligata est. *l. 30. ff. de noxal. action. l. 13. §. 1. & l. 19. pr. ff. de damn. infect.*

(2) *Sive Personalis*, quæ deducitur ex jure ad rem, seu ex obligatione, daturque contra personas obligatas, & petitur ea debiti præstatio. *l. 25. ff. de O. & A. Nuncupatur Condictio. d. l. 25. Lauterb. p. m. 622.* Non tamen competit contra tertium possessorem, nisi sit in rem scripta. *l. 9. §. 8. l. 14. §. 3. ff. Quod met. caus. Menck. d. l. §. 18.* Utpote quæ ratione originis est personalis, cum ex certo facto, vel delicto oriatur. *Sam. Stryk. ad Lauterb. dict. p. 62. verb. mutuamur.* In rem scripta ideo dicitur, quia indefinite adversus rem gestam concepta, nulla persona expressa, adversus quam id, quod gestum est, retractetur; In rem enim scribere hic denotat, generaliter concipere. *Vid. Jo. Hinr. Miollenbec. in Explanat. Compend. Schüzio - Lauterbach. Lib. 4. tit. 2. num. 24.*

(b) *VEL MIXTA*, quæ oritur partim

G 6

ex

ex jure in re, partim ex jure ad rem. *Lauterb. p. 622.* huc spectat Actio familiæ herciscuadæ, communi dividundo, finium regundorum, hereditatis petitio. *Menck. d. l. §. 19. Schæpff. Synops. ff. tit. de O. & A. num. 21.*

## II. RESPECTU SUBJECTI, Id quod considerandum erit

(a) *Quatenus est Subjectum activum, cujus intuitu Actio distingvitur in privatam, quæ a privato, ad jus suum tuendum instituitur. §. 17. Instit. de Action. e. g. Actio injuriarum. Add. Menck. d. l. §. 20. Jo. Andr. Fromman. in Delin. Act. per Divis. Cap. 5. Et in popularem, quæ competit cuivis ex populo, ad jus populi tuendum, Menck. d. §. 20. Fromman. d. l. Hæc duplicis est generis: Alia publica (strictè Accusatio dicta) quæ est Actio popularis, ex delicto vere publico descendens. Fromman. d. l. uti in causa Criminis læsæ Maj. Annonæ. &c. Alia popularis in specie, quæ oritur ex delicto quasi-publico. Fromman. d. l. Cap. 5. Menck. d. l. §. 20. Ea subdividitur in simpliciter talem, quæ competit cuique de populo, sine peculiari*

liari interesse, & *in secundum quid talem*, in qua peculiare agentis privatum interesse simul vertitur, *Fromman. d. l. C. 5. Bacchov. in Tr. de Action. disp. 1. tb. fin.* Cujusmodi est Actio sepulchri violati. *Vid. Tabor. in Partit. Elementar. Jur. P. 4. sect. 2. §. 25. in Not. p. m. 275.*

(b) *Quatenus est subjectum passivum*, contra quod Actio dirigitur, eaque nascitur

1) *Vel ex Contractu, aut proprio*, tunc vocatur Actio Directa, quæ datur contra ipsum contrahentem, *e. g.* Actio ex pacto. *Aut alieno*, & nominatur Actio adjectitia qualitate aucta, quæ competit contra eum, cujus voluntas concurrat, *e. g.* Actio quod jussu, vel in cujus rem aliquid verum est, & obtinet Actio de in rem verso. *Conf. Menck. d. l. §. 21. Fromman. d. l. Cap. 5.*

2) *Vel ex delicto*, & quidem *sive proprio*, tunc dicitur Actio Directa, quæ contra ipsum delinquentem conceditur, *e. g.* Condictio furtiva; *sive alieno*, & vocatur Actio Noxalis, quæ competit ex privato servi delicto, hinc existit Actio Noxalis. Vel etiam datur ob pauperi-

em contra possessorem animalis nocentis, ad id, ut vel rei æstimatio præstetur, vel noxæ deditio fiat; huc spectat Actio de pauperie. *Conf. Fromman. d. l. Menck. d. §. 21.*

(c) *Quatenus Subjectum Activum & Passivum simul spectatur, tunc Actio dividitur*

*A. In simplicem, in qua unus litigantium est actor, alter autem reus, e. g. in Causa probationis, satisfactionis, &c. Conf. Menck. d. l. §. 22. Fromman. d. l. Swendend. de Act. For. P. I. S. 1. C. 2. §. 30. p. m. 16. Et in Duplicem, seu mixtum, in qua uterque litigantium Actor & Reus est, huc refertur Actio familiæ herciscundæ, communi dividundo, &c. Menck. d. l. §. 22. Swendend. d. l. §. 31. p. 16. ubi tamen quoad exercitium & processum ille Actor est, qui prius provocat ad iudicium. Swend. d. l. §. 31. p. 16. Lauterb. Comp. ff. p. 623.*

*B. In heredes transitoriam, eaque Actio subdividitur, dum est Vel simpliciter talis, qualis regulariter omnis Actio est. l. 62. ff. de R. I. Vel secundum quid talis, e. g. Actio ex delicto descendens, si lis cum*

cum defuncto sit contestata, aut aliquid ad heredem pervenerit ex delicto. Quibus autem in casibus utraque Actio ratione Contractuum & Delictorum, competat tum heredibus, & sic active, tum contra heredes, & sic passive, prolixè agit *Hoppius in Comm. ad Inst. de perpet. & temporal. Act. §. 1. Lauterb. d. l. p. 623. Menck. d. l. §. 22. 23. Et in heredes non-transitoriam*, de qua Actione respectu transitionis tam activæ, quam passivæ, pluribus agit *Laur. p. 623. 624. Menck. d. l. §. 24. Mollenbec. in Div. Jur. Cent. 3. Div. 40. Lauterb. in Disp. de Transit. & Action. passim.*

### III. RESPECTU OBJECTI,

Et quidem ejus, quod ex quacunque causa, quocunque modo, debetur, tunc Actio

(a) *Quoad Objecti Substantiam* est 1) *Alia* realis universalis, ad juris universitatem competens, e. g. Hereditatis petitio, *Menck. in Theor. & Prax. Pand. tit. de O. & A. §. 25. Fromman. in Delin. Act. per Dip. C. 7. Lauterb. p. 624.* *Alia* generalis, quæ datur de rebus pluribus, e. g. Actio pro Socio, negotiorum gestorum. *Swendend.*

de

de Act. for. P. I. S. 1. C. 2. §. 48. p. 18. Menck. d. l. §. 25. Lauterb. p. 624. *Alia* singularis, quæ de re singulari competit, e. g. Actio depositi, rei vindicatio. Swend. d. l. §. 49. p. 18. Lauterb. & Menck. dd. ll.

2) Est illa *Aut petitoria*, qua principaliter agitur de jure personarum, aut rerum, excepta possessione, nuncupatur Actio proprietatis. Swendend. d. l. §. 51. p. 19. Menck. d. l. §. 25. Lauterb. p. 624. *Aut possessoria*, seu Interdictum, maxime de possessione, vel quasi, competens. Fromman. d. l. C. 7. Lauterb. p. 624. Menck. d. l. §. 25. atque sic de possessione adipiscenda, retinenda, vel recuperanda. Menck. d. §. 25. Sam. Stryk. *Introd. ad Prax. for. C. 1. §. 17.* Non tamen hæc Actio possessoria cum hereditatis petitione possessoria est confundenda. Swend. d. l. p. 19.

(b) *Quoad Objecti qualitatem* Actio distinguitur 1) in *Rei persecutoriam*, qua petitur illud, quod nobis abest ex patrimonio, vel quia nostrum, vel quia nobis debitum. §. 17. *Instit. tit. de Act. l. 35. ff. de O. & A. Struv. S. J. C. Ex. 46. th. 69. ibiqz Pet. Müller. lit. β. γ.* Huc refertur omnis  
fere

fere Actio, ex contractu vero, vel quasi, competens, omnisque realis, sed saltim quædam Actiones, ex delicto descendentes. *Menck. d. l. §. 26. Schæpff. Synops. ff. tit. de O. & A. n. 25. 26. Lauterb. p. 624. Struv. d. th. 69.* Et in pœna persecutoriam, seu pœnalem, quæ actor id persequitur, quod debetur ad reum coërcendum. *Menck. d. l. §. 26. Lauterb. d. l. p. 624.* Hujus loci est Actio furti in quadruplum, injuriarum, *Menck. d. l. §. 26. Struv. d. l. th. 69.* Et in mixtam, quæ & rem & pœnam persequimur, hujus loci est Actio vi bonorum. *Mollenbec. d. l. divis. 30. lit. c. Lauterb. p. 625. Struv. d. th. 69.*

(c) Quoad Objecti quantitatem Actionis divisio sistitur in Eam, qua Simplum petitur, eaque est rei, vel pœnæ persecutoria, absque mentione dupli, tripli, vel quadrupli, a Lege determinata. Cujusmodi est regulariter omnis Actio realis ex conventionem, atque omnis ex delicto rei persecutoria, & pœnalis, modo certam ac determinatam pœnam habeat. *Fromman. d. l. C. 7. Menck. d. l. §. 27. Lauterb. p. 625. Mollenbec. d. l. divis. 31.* Et  
in

*in Eam*, qua agitur in Non-simplum, seu in amplius, vel cum augmento. *Menck. d.l. §. 28. Fromman. d.l. C. 7.* quæ augmenti persecutoria Actio est duplex, scil. *quædam* ab initio, seu sua natura talis est, quæ statim, dum nascitur obligatio, in duplum, triplum, vel quadruplum, competit, *e. g.* Actio furti manifesti, servi corrupti, *Menck. d. l. §. 29. Fromman. d. l. C. 7. Mollenbec. d. l. divis. 31. lit. b.* *quædam* autem ex post-facto, seu per accidens conceditur, quæ ab initio quidem in simplum competit, sed ob accedens delictum inficiationis, contumaciæ, &c. in amplius datur, *e. g.* Actio Legis Æquilix, Legati ad pias causas. *Mollenb. d.l. divis. 31. lit. b. Menck. d. l. §. 29. Fromman. d. l.*

#### IV. RESPECTU FORMÆ ACCIDENTALIS.

Tunc Actio solet dividi

(A) *RATIONE POTESTATIS JUDICIS*, & quidem

1) *Quantum aëtori satisfieri debeat*, est tunc Actio ex conventionem *Alia bonæ fidei*, in qua Judex ex bona fide æstimandi

li facultatem habet liberam, quantum  
 ulter litigatorum alteri ex bono & æ-  
 quo, etiam citra expressam conventio-  
 nem, præstare debeat. §. 30. *Instit. de Act.*  
 nunc spectant omnes Actiones ex Con-  
 tractibus bilateralibus orientes, e. g. Ac-  
 tio Empti-venditi, Locati-conducti  
 &c. *vid. §. 28. Inst. de Act. Menck. d. l. §. 30.*  
*Mollenbec. d. l. divis. 32. lit. a. Alia stricti*  
*iuris, in qua Judicis potestas conventi-*  
*oni partium, & negotiorum naturæ ad-*  
*stricta est, neutrumque judicando ex-*  
*cedere potest. Menck. d. l. §. 31. Fromman.*  
*d. l. C. 9. Lauterb. p. 626. Eo spectant Ac-*  
*tionēs, ex unilaterali contractu de-*  
*scendentes, Menck. d. l. §. 31. e. g. Condi-*  
*ctio ex mutuo, Condictio ex stipulatu,*  
*&c. Pet. Müller. ad Struv. S. J. C. Exerc. 46.*  
*tb. 72. In quibus non plus, quam quod*  
*alter alteri promisit, Judex adjudicare*  
*potest, exemplum est in usuris non*  
*promissis. Müller. d. l. ad tb. 72. Sam. Stryk.*  
*Annot. ad Lauterb. Compend. ff. tit. de O. &*  
*A. verb. adstricta est.*

2) *Quemadmodum auctori satisfieri debe-*  
*at? tunc Actio est Vel Arbitraria, quæ*  
 ex

ex arbitrio Judicis pendet ob arbitrium  
 ejus Sententiam præcedens, vel loci ad-  
 jectionem. *Menck. d. l. §. 33. Lauterb. p. 626.*  
 Estque *Aut specialis*, in qua Judex una  
 Sententia decidit, quantum ob inter-  
 esse loci, quo solutio fit, præstari debe-  
 at, eo refertur Actio de eo, quod certo  
 loco. *Aut generalis*, in qua Judici po-  
 testas competit arbitrandi, seu jubendi,  
 quemadmodum actori a reo satisfieri  
 debeat, ut, si arbitrio isti non satisfiat,  
 gravior Sententia condemnatoria se-  
 quatur. *Menck. d. l. §. 33. Fromman. d. l. C. 9.*  
 Estque *sive æstimatoria*, in qua fit con-  
 demnatio in æstimationem ejus, quod  
 ex Actione instituta debetur, præce-  
 dente juramento in litem affectionis,  
 hujus loci est Actio de dolo, rei vindica-  
 tio. *Menck. d. l. §. 33. Sive pænalis*, in qua  
 fit ob contumaciam Rei condemnatio  
 in quadruplum, uti fit in Actione, quod  
 metus causa, intra annum instituta.  
*Menck. d. l. §. 33. Vel Non-arbitraria*, in  
 qua Judex neque ante Sententiam ar-  
 bitrium speciale interponit, neque ob  
 loci adjectionem in ipsa Sententia arbi-  
 tratur.

tratur. *Menck. d. l. §. 34.* Sed in illa Actione processum una Sententia finit. *Fromman. d. l. Cap. 9. Bachob. de Action. Disp. 7. thes. 3.*

(B) *RATIONE PRIVILEGII ADJUNCTI*, Nimirum quo Actio ob favorem personæ, vel rei, æquitatis conservandæ causa, exornari solet, tunc Actio dispescitur in *Privilegiariam*, quæ singulari quodam æquitatis jure, contra juris communis tenorem, a legislatore in uno & altero, maxime quantum ad concursum Creditorum, munita est; quorsum refertur Actio ex stipulatu de dote repetenda. *Fromman. d. l. C. 8. §. 4. & C. 9.* Et in *Simplicem*, seu *nudam*, quæ communem juris dispositionem sequitur. *Fromman. d. l. Cap. 9.*

(C) *RATIONE ORDINIS JUDICIARII, & FORMÆ PROCESSUS*, seu *MODI PROCEDENDI*, Actio dividitur in *Ordinariam*, quæ solenni ordine Judiciorum tractatur. *Menck. d. l. §. 35.* plenamque causæ cognitionem requirit, & de causa ordinaria competit, *Sbëndend. de Action. forens. P. I. Sect. I. Cap. 2. §. 73. Fromman. d. l. Cap. 9.* Huc refertur regulariter quævis Actio. *Menck. d. l. §. 35. Fromman. d. l. Cap. 8. §. 4. Carpz. Proc. Cib. tit. 1. Art. 1. num. 7.* Et in *Summariam*, quæ de simplici & plano, observatis saltim partibus Judicii substantialibus, expeditur. *Menck. d. l. §. 35. Sbënd. d. l. §. 74. p. 20.* Qualis Actio obtinet in causis alimentorum, in testamento relictorum, personarum miserabilium, spoli, &c. *Carpz. d. l. num. 46. Brunemann. Proc. Civil. Cap. 1. num. 17. seqq.*

V. RESPECTU FINIS.

Hujus intuitu Actio dividitur

- 1) *In principalem*, quæ propter se, non alterius Actio-

Actiōnis gratia, est introducta, hujusmodi est Rei vindicatio. *Menck. in Theor. & Pr. Pand. tit. de O. & A. §. 36. Fromm. in Delin. Act. per Dis. C. 11. Et in minus principalem*, quæ alii Actiōni vel præparando, vel defectum ejus supplendo inservit, eaque est *Sibe* preparatoria, quæ alii viam præparat, ut institui, vel saltim commodius in iudicium deduci possit, hujus generis est Actio ad exhibendum. *Menck. d. l. §. 36. Fromm. d. l. Cap. 10. th. 2. & C. 11. Sibe* subsidiaria, qua alia Actiōne deficiente, in subsidium datur. Horsum refertur Querela inofficiōsi testamenti, Actio funeraria, &c. *Menck. d. l. §. 36. Mollenbec. Divisio. juridic. Cent. 3. divis. 38.*

2) *In Civilem*, qua actor sive rem, sive pœnam, sive utramque in suam utilitatem persequitur. *Menck. d. l. §. 36. Fromm. d. l. C. 11.* Talis est Actio ex jure personarum, & jure ad rem, & quidem factio licito descendens, item illa Actio, quæ ex delictis privatis ordinariis, veris, vel quasi, provenit. *Fromman. d. l. C. 10. th. 2. p. m. 35.* Et *in Criminalem*, qua Actor publicum interesse principaliter persequitur, pœnamque in salutem Reipubl. infligi, aut multam Fisco applicari petit. *Menck. d. l. §. 36. Fromm. d. l. C. 11. Harvold. de Act. in proleg. n. 6. 7.* Eo tendunt Actiōnes ob crimina publica, & delicta extraordinaria, cuilibet de populo competentes. *Fromman. d. l. Cap. 10. pag. 35.*

VI. RESPECTU EFFECTUS,  
Occasione illius, traditur Actiōnis divisio

1) *In Eam*, quæ solidum persequitur, qua solidum ejus, quod nobis debetur, non saltim persequimur, sed etiam consequimur. *Fromm. Delin. Act. per Dis. C. 13. Menck. Th. & Pr. Pand. tit. de O. & A. §. 37.*

Id

Id quod procedit regulariter in omnibus Actionibus. *Manz. ad Inst. tit. de Act. §. 36. n. 2.* Et in *Eam*, quæ non solidum, sed minus persequitur, quæ scilicet solidum persequimur quidem, sed non consequimur. Uti fit e. g. per Actionem de peculio. *Menck. d. l. §. 37.* de dote repetenda. &c. *Hopp. Comm. ad Inst. de Act. §. 36. & 39. Mollenb. Dis. jur. Cent. 3. Dis. 33.*

2) In *famosam*, in qua condemnatum ob turpe factum infamia juris sequitur, lege ita disponente. *Fromm. d. l. C. 13. Menck. d. l. §. 37.* Qualis est e. g. Actio vi bonorum raptorum, tutelæ, mandati, depositi, directæ, non contraria. *Vid. Biccus in Reb. Quot. Jur. Civ. S. 5. §. 12. Fromm. d. l. C. 12. th. 12.* Et in *non-famosam*, in qua condemnatum, licet ob turpe factum, infamia juris non sequitur. *Vid. Menck. d. l. §. 37. Fromm. d. l. C. 13.* id quod de Actione tutelæ, mandati, depositi contraria obtinet. *Biccus d. l. §. 12.*

3) In *præjudicalem*, quæ ante aliam concurrentem Actionem est dijudicanda. *Menck. d. l. §. 37. Fromm. d. l. C. 13. e. g.* Actio de statu Libertatis. &c. Et in *non-præjudicalem*, quæ ante aliam concurrentem Actionem non est dijudicanda. *Menck. d. l. §. 37. Fromman. d. l. Cap. 13.*

## VII. RESPECTU ADIUNCTI,

Ab Adjuncto Actionis deducitur Divisio

In *perpetuam*, quæ annos 20. vel diutius durat; Dicitur autem perpetua non simpliciter, vel absolute, cum omnis Actio præfinito tempore expiret, sed respective, & secundum quid, nempe respectu aliarum Actionum, quæ breviori spatio finiuntur. *Hopp. Comm. ad Inst. tit. de perp. & temp. Act. ad princ. p. 193. Müller. ad Struß. S. J. C. Ex 46. th. 77. lit. y.*


IIIa

Illa iterum dividitur, & nuncupatur *Vel perpetua in specie sic dicta*, quæ ex se & sua natura perpetuo competit. *Sßvend. de Act. for. P. I. S. I. C. 2. §. 113. p. 26.* Eaque est *Sive longi temporis*, dum est vel 10. vel 20. annorum, cujusmodi regulariter est Actio tum civilis, tum prætoria, realis. *Hopp. d. l. p. 1194. & 1197. Sive longissimi temporis*, est tunc aut 30. aut 40. aut 50. &c. imo & 100. annorum. *Sßvend. d. l. §. 116. p. 26.* De quibus omnibus consuli potest *H. Gebhard Tr. de Usucap. C. 3. n. 14. seqq. p. 523. seqq. G. Geiger. Tr. de Usucap. & præscr. C. 7. tot. & Laut. p. 576. Vel perpetuata*, quæ per se est temporalis, sed per litis contestationem fit perpetua. Sic Actio pœnalis e. g. furti, doli &c. morte rei conventi perit, item injuriarum morte actoris, sed Actio talis, semel judicio per litis contestationem inclusa, perpetuatur, & salva manet, atque, prout Actionis genus est, usque ad 30. vel etiam 40. annos durat. *Vid. J. Gothof. ad t. ff. de R. I. ad l. 139. p. 586. Halterm. ad l. 139. ad Bronchorst. p. 411. 412. Wissenb. ad l. 139. §. 6. Geig. d. l. C. 7. n. 108.*


*Et in temporalem*, quæ non 20. sed pauciores durat annos. Huc pertinet ex Actionibus civilibus, Actio injuriæ verbalis, Actio ex L. Jul. repetundarum, contra heredes, querela inofficiosi testamenti &c. *Laut. p. 614. Geiger. d. l. C. 7. p. 254. 264. 265. seqq. Gebb. d. l. C. 4. n. 7. 8. 9. seqq.* Ex Actionibus prætoriiis autem huc refertur Actio pœnalis regulariter, e. g. popularis. *Laut. d. l. p. 615.* Uti est Actio de albo corrupto, &c. *Hopp. Comm. d. l. p. m. 1199. Mollenb. Dis. jur. Cent. 3. dis. 39. lit. b. Geiger. d. l. n. 15.* Sed ex prætoriiis rei persecutoriis hic numeratur ea Actio, quæ contra jus civile datur, e. g. Actio rescissoria, Pauliana &c. *Laut. p. 615. Mollenbec. d. l. Geig. d. l. num. 15. p. m. 264.*


S.

atua in  
ocom  
p. 26.  
10.  
in  
1777.  
10. aut  
p. 26.  
Tr. de  
Tr. de  
per  
as con  
g. fu  
narum  
er liti  
maner  
rel eto  
e d. l.  
p. p.  
m. 10.  
durat  
Actio  
arum,  
ni dea  
1777.  
arum  
e. 4. 5.  
e. 10.  
e. 10.  
e. 10.  
e. 10.  
e. 10.









the scale towards document

PRENSIVM. 157

undum quid talem,  
 tis privatum in-  
*Fromman. d. l. C. 5.*  
*disp. 1. 1b. fin. Cu-*  
*ilchri violati. Vid.*  
*tar. Jur. P. 4. sect. 2.*

*um passivum, con-*  
*ur, eaque nascitur*  
*aut proprio, tunc*  
 , quæ datur con-  
 em, e. g. Actio ex  
 nominatur Actio  
 cta, quæ competit  
 luntas concurrat,  
 vel in cuius rem  
 obtinet Actio de  
*ck. d. l. §. 21. From-*

uidem sive proprio,  
 cta, quæ contra  
 conceditur, e. g.  
 ve alieno, & voca-  
 e competit ex pri-  
 inc existit Actio  
 latur ob pauperi-  
 em

7